



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio decimaseptima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Lib. IIII. Distinctio. XVII.

peccatorum, vel qua non decent statum paenitentis qui debet esse lugubris. Dicendum est ergo per impedimenta quae assignantur a Gregorio. Et primum distinguendum est de Iudis; quia quedam ex se habent turpitudinem & culpam moralem, sicut iudi qui a virtus & misericordiis agebantur in theatris ad luxuriam provocantes & hi sunt a paenitente necessario vitandi. Alii sunt iudi qui procedunt ex gaudio deuotio, sicut contingit quod cum organis discutur vnius versus sequentia, & a choro alias, de quo David dicebat. 2. Reg. 9. Lucam & viiioriam, & a talibus iudi non sunt relinquenti penitentes. Alii sunt mediocre, de se nullam turpitudinem habentes, quos philosophus liberales vocat, & in his potest quis inuenire modus virtutis seruatis debitis circumstantis; aliquid enim decer vnum quod non decer alterum. Et ideo paenitens cuius status requirit sicutum magis moderate debet vir talibus.

6. Circa spectacula similiter distinguendum est; quia quadam sunt rerum turpium, & ad peccatum provocantia, sicut inspectio ludorum theatralium, & studio inspectio talium peccatum est, & quandoq; mortale. Vnde Chrysostomus dicit, quod inspectores talium inuenientur & adulteros ipsa spectacula constitutum, & a talibus debent se arere penitentes ex necessitate. Alia vero sunt rerum ad devotionem incitantrum, ut inspectio historie passionis Christi & sanctorum pictarum, vel sculpi, & in talibus vnde est paenitentibus exercere. Alia vero sunt spectacula mediana, a quibus penitentes debent plus temperare, quam aliis; quia distracti mentem quam penitentem debet habere collectam in Deum. De militia autem & negotiatione, & ceteris officiis quae de propinquio habent peccatum annexum, secundum est, quod si penitentis vult a talibus absinere laudabile est, si autem non vult, suffici quod viter peccata ipsa annexa, ut secundum documentum Ioani, Luce, 3. neminem concurrant per violenciam, & stipendiis propriis contenti sunt aliena non rapientes, & non vrantur militia ad ostentationem, sed ad defensionem ecclesiae & reipublicae; similiter ad negotiationem suffici, quod negotiator non habeat conditionem que ipsum ab officio prohibeat, ut clericis & religiosis non licet negotiari, & quod non negotientur diebus interdictis, scilicet diebus dominicis & festis, nec tempore quo carissimam inducant, & quod fine fraude negotientur.

7. Per hoc patet responsum ad omnia argumenta praeterquam ad secundum.

8. Ad quod dicendum est quod spectacula prohibentur penitentibus aut quia sunt peccata, & eadem ratione omnia peccata prohibentur, aut quia licet non sint peccata, sunt tamen occasiones peccatorum, vel magis quam alia distrahant animum quem penitet, debet habere collectum in Deum, &c.

Sententia huius distinctionis. XVII.

In generali & speciali.

Hoc oritur quod distinctio multiplex. Superior determinavit Magister de partibus penitentiae. Hic circa determinata mouer quasdam questiones incidentes. Et dividitur in duas: quia primo mouer illas questiones. Et secundo prosequitur de eis ibi. Dicunt enim quidam sine confessione. Et haec secunda dividitur in tres partes secundum tres opiniones quas prosequitur. Secunda ibi, iam secundum duas questionis articulum. Tertia ibi. Nunc priusquam premisis. Prima in tres. Quia primo tangit circa primam questionem vnam opinionem. Et secundum aliam. Et tertio determinat quasdam questionem, secunda ibi. Quod, qui negant. Tertia ibi, quid agitur super his. Pars illa in qua prosequitur dividitur in duas. Quia primo obicit contra veritatem. Et secundo pro ipsa. Prima ibi, iam secundum duas questionis articulum. Secunda ibi, sed quod sacerdotibus confiteri oporteat. Illa pars in qua prosequimur tertiam opinionem dividitur in duas. Quia primo illam questionem determinat. Secundum ad obiectiones secundae questionis contra veritatem factas responder. Prima ibi, nunc priusquam premisis. Secunda ibi, cogitur, ex his aliis quod pluribus. Hac est sententia & divisio lectionis in generali.

2. IN speciali vero sic procedit, & proponit res que-

Quæstio I. In fragm.

338

stones. Prima est virum ad remissionem peccati sufficiat sola cordis contritus sine confessione & satisfactione. Secunda est, utrum sufficiat confiteri Deo, an oporteat hominem confiteri homini. Tertia verum sufficiat confiteri laico, an oporteat confiteri sacerdoti. Circa primam questionem tangit tres opiniones, quidam enim dixerunt contritionem sine confessione & satisfactione sufficiere ad salutem, & adducunt plures autoritates que ponuntur in litera, per quas ostendunt quod de solius propositione confessio & interior cordis genitus sufficit ad delictionem peccati, vnde & leprosi mundati sunt antequa se offendere sacerdonibus. Et Lazarus prius suscitatus est in monumento quam foras prodierit. Alii vero dicunt necessaria esse confessionem, nec sine ea peccatum dimittitur si tempus assit confitendi: qui dictas autoritates foliunt, & alias pro se inducunt, quia videtur dicere quod sola confessio sufficiat & a morte liberat hominem, & facit a peccati profundo non absorberi. Et addit quod si sine confessione & peccati contritione, & per solutione delerentur peccata, claves ecclesie frustra essent: inducunt etiam quasdam autoritates, quod sine penitentia solutione non habet remissio peccatorum. Postea determinat hanc questionem dicens quod sine exteriori confessione & satisfactione ne solam contritionem cordis dimittitur peccatum, dum tamen assit positum confitendi & satisfaciendi: contrito enim est quodam confessio cordis. Autoritates autem supradictæ que dicunt sine confessione & satisfactione remitti peccata re ferenda sunt ad confessionem cordis, & ad interiorē penitentiam cordis. In hoc ergo concluditur tota determinatio Magistri, quod ante quā sit confessio in ore, si votum confessionis & satisfactionis sit in corde dimittitur peccatum. Postea tractat secundam questionem, verum sit necessarium confiteri homini, an sufficiat confiteri solo deo, & adducit multas autoritates tam de sacra scriptura & ex dictis sanctorum. Amb. Max. episcopi, Ioan. Chrysostomi, Properi, quod sufficit confiteri solo Deo. Postea arguit in oppositum autoritate beati lac. in canonica sua. Confitemini alterum peccata vestra, &c. Item per Augu. & autoritatem Leonis Papæ, que patet in litera. Deinde antequam respondeat ad istam questionem prosequitur tertiam, vnde licet a sufficiat confiteri fisco, an requiratur quod confessio fiat sacerdoti. & dicit quod debet fieri sacerdoti qui haberet potest ligandi & soluendi. Si tamen desit sacerdos, possit fieri clericus, vel laicus, & quem adest sacerdos debet sumi idoneus & discretus. Postea reddit ad respondendum autoritatibus illis quae videtur sonare quod sufficiat confiteri Deo. Et respodet primò ad autoritatem Chrysostomi dicit: Nom dico ut te prodas in publicum, neque apud alios te accuses, & dicit quod non licet nisi Deo confiteri si habeat sacerdotis copiam: sed intelligitur ubi crimen occulatum est sufficiat solo Deo dicere per sacerdotem, nec oportet publicare multis. Ad illud autem quod dicit Ambrosius lachryma lauant delictum, quod pudor est ore confiteri, dicit quod referendum est ad publicam penitentiam, sine qua potest esse salus; dum tamen homo vere penitent, & confiteatur secreto sacerdoti. Per idem responderet ad autoritatem Properi, addit etiam quod erubescit quae est dum homo homini confiteretur, est pars penitentiae. Et in hoc terminatur sententia lectionis in speciali.

QVÆSTIO PRIMA.

Vrum illa que concurrent ad iustificationem impiorum sunt simili vel habeant ordinem quo vnum præcedat alium. Tbo. 2. 2. q. 11. ar. 7. & 8.

Circa distinctionem istam queruntur tria in generali. Primum est de iustificatione in ipso. Secundum est de contritione. Tertiū est de confessione de satisfactione enim dictum est prius. Quantum ad primum querunt utrum illa que concurrent ad iustificationem impiorum sint simili vel habeant ordinem quo vnum præcedat alterum. Et arguitur si quod sunt simili: quia que sunt in eodem instanti sunt simili, sed omnia que concurrent ad iustificationem impiorum sunt in eodem instanti, ergo sunt simili. Maior de se patet. Minor probatur, quia iustificatio impiorum est per gratiam, sed gratia infunditur in instanti, ergo

VV 2 illa

Magistri Durandi de

illa quæ concurrunt ad iustificationem impii sunt in eodem instanti. & sic sunt simul.

2 Item ad iustificationem non requiritur ex parte hominis nisi contrito, nec ex parte Dei nisi infuso gratia, sed ita necessario sunt simul: quia non est vera contrito nisi informata gratia, nec gratia datur peccatori nisi sit contritus, ergo &c.

3 IN contrarium arguitur, quia ad iustificationem requiritur motus liberi arbitrii in peccatum detestando ipsum, & in Deum diligendo eum: hoc autem frequenter præcedunt gratia infusionem & peccati remissione, ergo non omnia quæ concurrunt ad iustificationem impii sunt simul.

4 Item qui est debitor pro peccato non est perfecte iustificatus à peccato, sed peccator ante satisfactionem semper est debitor penæ pro peccato, ergo non est perfecte iustificatus à peccato, sed satisfactione raro est simul cù aliis quæ concurrunt ad iustificationem, ergo &c.

5 R E S P O N S I O . Circa questionem istam videnda sunt tria. Primum est quid sit iustificatio impii. Secundum est quæ & quo requiruntur ad ipsam. Tertium est de ordine, vel similitate ipsorum.

6 Quantum ad primum sciendum est, quod sicut impius seu peccator dicitur iniustus in quantum peccando subtrahit Deo obedientiam ad quam tenebatur, sic cum redit ad veram obedientiam dicitur iustificari. Et cù hæc facta sunt sine simul sine successione dicitur peccator vel impius iustificatus. Et ideo bene dicit glosa Rom. 8. quod iustificatio est remissio peccatorum.

7 Quantum ad secundum sciendum est quod cum actus anteriorum sint in patiente & disposito, iustificatio impii cum sit remissio peccati per eum commissi requirit ex parte peccatoris detestationem peccati quatenus est cōmisi contra diuinū præceptum. Alioquin non est dispositus quod peccatum sibi à deo remitteretur, dicente beato Aug. quod nullus suæ voluntatis arbitrio confititus nouā vitam inchoare potest nisi poniteret eum vita præterita. Inconveniens enim est quod voluntate peccatoris a peccato non aera remitteretur et culpa, propter quod in peccatore ut sit ad iustificationem recipienda dispositus requiriat duplex motus liberi ar. vel unus motus in duo, scilicet in Deum & in peccatum qualiter est contra reuerentiam & obedientiam diuinam cōmisi. Ex parte autem Dei se requiritur infuso gratia iustificans. Et hæc duo sufficient ad iustificationem impii quo ad culpam qua formaliter dicitur impius. Et si plura concurrant, accedit: hoc autem est intelligendum de iustificatione illorum qui per proprium actum facti sunt impii seu peccatores, & nō de parvulis qui per actum alieni nascentur filii iræ: tales enim iustificantur sine actu proprio per solam gratiam dei sine sacramento, ut illi qui iustificati fuerint in vtero, vel cum sacramento ut parvuli baptizari.

8 Ex quo patet quod tertium quod est principale que sum nō habet locum in eis, quia cum ad iustificationem cordi nihil per se concurrat nisi sola infuso gratia, & iussum ad seipsum non est ordo saltem realis, ideo quicquid est ibi, totū est simul absq; ordine reali. De ordine autem rationis dicetur postea. Restat ergo solum inquirere de similitate, vel ordine eorum que concurrunt ad iustificationem impii qui per actum proprium delinquit, & hæc reducuntur ad duo (vt dictum est) scilicet ad dispositiōnēm hominis, & ad infusionē gratiae ex parte Dei: dispositio autem ex parte hominis est aliquando & vt plurimū imperfecta à principio quando homo timore penæ incipit ponere de peccato, penitentia enim timore concepit, solus autem timor nō disponit sufficienter hominem ad salutem seu ad iustificationem. Et ideo talis dispositio præcedit iustificationem non solum ratione, sed natura & tempore. Et vocatur talis dispositio attributio: dispositio vero perfecta est quando homo detestatur peccatum non solum timore penæ sed quia est contra reuerentiam & obedientiam Deo debitan, & quia separat a confortio Dei quem summe debemus diligere, & vocatur contrito. Sed talis dispositio simul est cum gratia in eodem instanti. Sed ordine naturæ talis dispositio præcedit gratiam, q; autem duratione simul sunt talis dispositio & gratia, patet sic: sicut est in operibus naturæ in quibus Deus principaliter

Sancto Porciano

operatur dando formam, licet agēs naturale cooperetur disponendo materiā, sic est in operibus gratiae, in quibus Deus principaliter operatur dādo gratiam, licet liberum arbitrium cooperetur disponēdo subiectum, vel materiā, sed in predictis operibus naturæ videmus quod disposita materia per agens naturale ultimata dispositio statim à Deo introducitur formam, ut patet in generatione homini: ergo in iustificatione peccatoris quod est opus gratiae, in quo liberum arbitrium cooperatur Deo (dicente Aug. qui creavit te sine te, non te, &c.) postea ultima dispositio ne per actum liberi arbitrii statim à Deo infunditur gratia quæ est forma iustificationis: ultimata autē dispositio quam potest facere liberum arbitrium est motus contrito nisi quārumā essentiā actus, ergo ad ipsum mox sequitur gratia iustificans. Et hoc est quod dicunt autoritates Ambroſii & Aug., posite in litera. Quod autem talis dispositio præcedat gratiam ordine naturæ patet sic: quia dispositio per quam subiectum redditur aptum ad suscep̄tioνēm formæ, & sine qua non est aptum præcedit formam in subiecto, sic natura vel tempore, reducitur enim ad genus causæ materialis: & ideo sicut forma accidentialis præsupponit subiectum actu ens, ita præsupponit ipsum actu dispositum: propter quod cum contrito sit dispositio necessaria ad receptionem gratiae, oportet quod præcedat ipsam saltem ordine naturæ, quoniam sunt simul durationes. His autem concurrentibus iustificatio homo prius peccator, quum enim in peccato mortali sint tria (vt dictum est supra) videlicet deordinatio actus, priuatio gratiae, ratione cuius Deus dicitur peccator offensus, quia subiectum ei gratiam, quæ est ad solum amicum, & reatus penæ æternæ, per contritionem reordinatur voluntas in actu, per gratiam remittitur offensio, & per consequens pena æterna quæ est ad inamicum, commutatur in temporalem quæ potest esse ad amicum & ad concium: & sic licet sit debitor penæ, non est tamen debitor penæ impii, sed penitentis & iustificati.

9 AD duo prima argumenta patet responsio: quia solum probant quod illa quæ necessaria concurrunt ad iustificationem, & quia ad eam sufficiunt sunt simul, scilicet contrito & infuso gratiae, quod concessum est.

10 P R I M U M autem argumentum alterius partis probat, quod motus liberi arbitrii ad decelerationem peccati frequenter præcedit infusionem gratiae, & remissionem culpa: quod est utrum, maxime quando detestatio peccati est insufficiens, & fit meru solum penæ, quod concessum est.

11 Ad aliud dicendum quod plena & perfecta iustificatio impii quo ad culpam & quo ad penam culpa debitam, requirit satisfactionem quæ frequenter sequitur infusione gratiae: ramen quia penæ debita post infusionem gratiae nō est æterna quæ debetur impii secundum illud Eſaiæ 26. In terra sanctorum iniqua gesit, & non videbit gloriam domini. sed est temporalis, cuius iustificatio potest esse debitor: ideo non obstante tali debito peccator dicitur ex foliis præcedentibus iustificatus.

Q V A E S T I O N E C V N D A.

Vtrum in contritione ante confessionem & satisfactionem remittatur culpa.

D Einde queritur de contritione, circa quam queruntur duo. Primum est de efficacia contritionis. Secundum est de eius quantitate, circa efficaciam contritionis. Primo queritur vtrum in contritione ante confessionem & satisfactionem remittatur culpa. Secundo vtrum per contritionem remittatur aliquid de pena culpa debita. Ad primum sic proceditur, & arguitur quod in contritione ante confessionem & satisfactionem non remittatur culpa, quia vnum peccatum non potest sine alio dimitti, sed oportet quod omnia simul dimittantur, sed nullus potest simul de pluribus peccatis confiteri, ergo in contritione non possunt simul plura peccata dimitti, si autem non plura nec vnum tantum. Quum vnum non possit dimitti sine alio.

Item sicut absolutio cōfitemens ordinatur ad dimissionem culpa, vt patet ex forma absorptionis, ita satisfactione ordinatur ad expiationem penæ. Sed in contritione non

Lib. IIII. Distinctio, XVII.

non expiat paena ante satisfactionem, ergo nec culpa ante confessionem.

3 IN contrarium est quod ceteris glofa super illo verbo Psalmite : Sacrificium Deo, spiritus contributus, cor contritum & humiliatum, &c. Vbi dicit glofa quod contritus cordis est sacrificium in quo solvuntur peccata.

4 R E S P O N S I O. Videndi est primum quid sit contrito. Secundum an in contritione remittatur culpa.

5 Q U A N T U M ad primum sciendum est quod contrito communiter sic describitur. Contrito est dolor pro peccatis voluntarii acceptus cum proposito confitendi & satisfaciendi. Ad cuius intellectum sciendum quod dolor duplice accepitur. Uno modo pro displicientia voluntatis. Alter modo pro passione sensitus partis. Quum ergo contrito dicitur dolor, intelligendum est de dolore qui est displicientia voluntatis. Cuius ratio est, quia contrito est actus virtutis penitentiae, ut prius probatum fuit, sed penitentia quam pertinet ad virtutem iustitiae est habitus voluntatis, ergo contrito est actus eiusdem, actus enim & habitus ad eandem portiam pertinent. Dolor autem qui est actus sensitus partis non pertinet essentialiter & intrinsecus ad contritionem, sed quandoque concomitant iniquatum ex displicientia voluntatis sequitur aliqua passio in virtutibus sensitius, vel ex necessitate naturae, secundum quod vires inferiores sequuntur motum superiorum, vel ex electione iniquatum ponitens in seipso talem dolorem excitat: dolor autem qui est displicientia voluntatis dicitur contrito per similitudinem ad ea que in corporalibus inueniuntur. In his autem dicitur aliquid atrium, quando tacu fortioris premitur, sed dicitur contritum quando in partes minutis frangitur, similiter quod voluntas hominis adhuc peccato premitur timore & consideratione pena debita peccato, ob hoc resiliat a peccato atrita, sed quando non solum timore penae, sed amore vite aeterna totaliter resiliat a peccato, plene detestando ipsum dicitur contrita. Et sic contrito est dolor, vel perfecta displicientia voluntatis de peccatis commissis voluntarie assumptus, ita quod dolor habet quasi rationem generis: quod autem sit voluntarie assumptus, habet rationem differentie, eo quod talis dolor est actus virtutis, de cuius ratione est electio. Quod autem additur pro peccatis, pertinet ad materiam vel obiectum, quod ultimo apponitur cum proposito confitendi & satisfaciendi, perinat ad contritionem prout disponit peccatorum ad suscipiendum effectum sacramenti penitentiae, & sic patet primum.

6 Quantum ad secundum dicendum quod in contritione dimittitur peccatum ante actualem confessionem, si tamen in contritione adgit propositum confitendi & satisfaciendi, quia alias non est vera contritio, quod patet sic vera contritio & gratia inseparabiliter se concomitant, sed culpa non stat cum gratia, ergo non stat cum vera contritione, existente ergo in vera contritione esse nefelle est culpam esse dimissam. Et confirmatur, quia culpa essentia litter constitit in deordinatione actus: concomitatio autem in priuatione gratiae, per quam Deus dicitur peccatori offensus: in contritione autem est vera & perfecta reordinationis actus, quem contrito sit dolor de peccato commisso non solum timore penae, sed amore vite aeterna, sicut prius dictum est: consecutum autem est gratia per quam peccator prius dicitur Deo esse reconciliatus ad amicitiam contra offensam per peccatum commissum, ergo per contritionem vere potest culpa dimitti.

7 AD primum argu, dicendum, quod contrito potest duplice considerari, scilicet quantum ad sui principium, & quantum ad sui terminum: & dicto principium contritionis cogitationem, quia quis cogitat de peccatis signillatis & dolet (est non dolore perfecto) terminus autem contritionis est quando ille dolor perficitur, & gratia informatur, & iste dolor simul est de omnibus signillatis cogitatis. Quum ergo dicitur, quod nullus potest simul conteri, dicendum quod non est verum: sicut enim contrito quantum ad sui initium requirat speciale distinctionem de singulis peccatis, tamen quantum ad sui consummationem, & terminum est una & generalis, in qua omnia peccata dimittuntur.

Q U A S T I O. III.

339

8 Ad secundum dicendum quod in contritione dimittitur non solum culpa, sed aliiquid de pena, & quandoque tota, sicut apparuit in sequenti questione.

Q U A S T I O. T E R T I A.

Vtrum per contritionem dimittatur aliiquid de pena culpae seu peccato debita.

*Thos. 3. q. 36. ar. 4.*

A D secundum sic proceditur: & arguitur quod in contritione nihil dimittatur de pena peccato debita, quia iustitia humana exemplata est a iustitia diuina, sed secundum iustitiam humanam non dimittitur aliiquid de pena peccato debita, si peccans peniteat, non enim minus punitur homicida si peniteat, quam si non peniteat, ergo similiter secundum iustitiam diuinam propter displicientiam peccati, seu contritionem nihil dimittitur de pena peccato debita.

2 Item ad perfectam penitentiam requiritur contrito confessio, & satisfactio, sed si per contritionem pena dimitteretur, satisfactio non haberet locum, saltem ut tota pena dimitteretur, ergo in contritione non dimittitur pena saltem tota.

3 IN contrarium arguitur: quia pena per penam rea compenatur, sed contrito quum sit dolor de peccato commisso penam habet, sicut gaudium delectatione, ergo per penam contritionis recopensatur pena peccato debita.

4 R E S P O N S I O. Intelligendum est quod alia pena debetur peccatori non contrito, & alia contrito, quia non contrito debetur pena inferni, qua est perpetua secundum illud Mat. 25. Ibunt hi in supplicium aeternum, &c. Penna autem temporalis non infligitur ipsi a Deo, immo bene est illis qui praeuaricantur & iniqui agunt. Hiere. 12. & in Psl. in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Contrito autem debetur pena temporalis pena secundum illud Mat. 4. penitentiam agere, &c. Penna autem aeterna non debetur contrito, quia cum contrito habeat gratiam cocomitatem per quam homo efficietur amicus Dei, pena exterminans a confortio Christi & sanctorum, qualis est pena inferni non debetur contrito, qui iam est reconciliatus ad amicitiam, sed debetur solum peccatori in peccato perseveranti, qui est inimicus & inimicitia perseverans. Et secundum hoc potest dici quod in omni contritione dimittitur tota pena peccatori prius debita, quia prius debebatur ipsi sola pena aeterna, & non temporalis, qua est pena infernalis, sed pena totalis & totaliter dimittitur in contritione, quia vere contritus & gratia contritionis perseverans nunquam experietur penam illam in toto vel in parte, ergo tota pena prius peccatori debita dimittitur ei in contritione.

5 Verum quia peccator contritus vel communius obligatur ad penam temporalem, que tamē est alterius rationis a pena gehenna, ideo conseruit dici & non trahit auctor quod in contritione, pena non totaliter dimittitur simpliciter & absoluere, sed commutatur in penam temporalem, de qua procedit quæstio, an aliiquid de ea dimittitur per contritionem. Ad quod dicendum est quod non semper per omnem contritionem dimittitur aliiquid de pena temporali, sed solum per superabundantem. Quod patet, quia contrito sufficiens & non superabundans ordinatur praesidio ad deletionem culpe per reordinationem actus dumbre displiceret quod male placuit, & ad remissionem offendit per gratiā concomitantem contritionem, & per consequens ad commutationem penae aeternæ qua debetur inimico ad eius correctionem: quod autem ad aliud aliud ordinetur non bene appetit, contrito autem superabundans penam habet adiumentum quæ redundat in viribus sensitius ex imperio voluntatis, dum penitens in seipso talem dolorem excitat, vel ex necessitate naturæ, per quem vires sensitius sequuntur motum virium suis peritum: & per talē ponam dimittitur aliiquid de pena temporali peccatori debita, & tanto plus, quanto dolor contritionis & dolor sensualis maior est, ita ut sit possibile esse tantum dolorem voluntatis, & sensitius partis, quod dimittitur tota pena temporalis peccatori debita.

VV 8 AD

### Magistri Durandi de

AD primum arg. dicendum est q̄ remissio peccato-  
rum magis est opus misericordiae & iustitiae, & ideo non  
debet comparari iustitia que est in humanis, & nihilomi-  
nis in illis princeps p̄enam mortis alicui debitam potest  
toraliter relaxare, vel in aliam p̄enanam commutare.

7 Ad secundum dicendum quod satisfactio habet lo-  
cum in penitente, tamen quia raro inuenitur aliquis ita  
penitens, seu cōtritus cui torta pena dimittitur: tum quia  
nemini potest constare de dimissione pena totalis per  
contritionem, & ideo tenetur ad satisfactionem sibi im-  
ponendam arbitrio sacerdotis.

### QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum dolor contritionis debet esse maximus.

Tho. 3. q. 84. ar. 8. C. 9.

P Ostea queritur de quantitate contritionis, & primò  
vtrum dolor contritionis debet esse maximus: & se-  
cundo vtrum verè contritus debeat potius eligere sustine-  
re penam inferni, vel omnino non esse quām cōmittere  
peccatum mortale. Ad pri. sic proceditur. Et arguitur q̄  
dolor contritionis non debet esse maximus, quia quantitas  
effectus indicat quantitatē cause, sed lachrymæ sum-  
effectus doloris, ergo quantitas lachrymarū quantitatē  
doloris indicat: sed contritus quandoque non tantum la-  
chrymatur pro pecata sicut pro morte amici, vel pro læ-  
sione aliqua corporali, ergo &c.

2 Item dolor qui habet aliquid de admisitione gaudii  
non est maximus dolor, sed dolor contritionis est huius  
modi, dicente Aug. peccator semper dolet, & de dolore  
gaudet, ergo non est maximus dolor.

3 IN contrarium arguitur sic: quia dolor est de ma-  
lo, ergo de maiori malo debet esse maior dolor, sed pecca-  
tum est magis malum quā quocunq; temporale damnum,  
ergo dolor contritionis qui est de peccato contrito debet  
esse maior quocunq; alio dolore.

4 R E S P O N S I O . Sicut pater ex præ. quest. dolor  
contritionis est duplex. Vetus qui est dispernit voluntatis,  
in quo essentialiter contrito consistit. Alius qui est dolor  
sensitivæ partis, qui sequitur ad contritionem. Loquendo  
autem de dolore contritionis, qui est dispernit voluntatis:  
dicendū est quod iste dolor potest comparari, vel ad  
dolorem qui habetur de rebus aliis: vel potest comparari  
dolor contritionis de uno peccato ad dolorem contritionis  
de alio: si dolor contritionis comparatur ad dolorem  
qui est de rebus aliis, dicendum est q̄ debet esse maior eis.  
Cuius ratio est, quia secundum Aug. Omnis dolor in amo-  
re fundatur: ex hoc enim q̄ aliquid amamus, dolorem de  
ammissione eius. Ex quo potest sic argui: secundū quantita-  
tem amoris debet esse quantitas doloris in amore chari-  
tatis. Ex hoc enim dolorem de peccato cōmisso, quia sepa-  
rat nos à deo cui coniungimur per charitatem, ergo cuī  
charitas ad. Deum debet excellere omnem alium amo-  
rem, dicente domino: Qui amat patrem vel matrem plus  
quam me, non est mihi dignus: relinquitor igitur quod dolor  
contritionis de peccato debeat excellere omnē alium  
dolorem, nullus tamen contritus tenetur apud se facere  
hanc comparationem cogitando, an plus dolet de pecca-  
to commissum quā si pater suus fuisset mortuus, si tamen  
faciat, tenetur ex electione voluntatis plus detestari pec-  
catum commissum quām quocunq; aliud damnum.

5 Si autem dolor contritionis de uno peccato compa-  
retur ad dolorem contritionis de alio, sic non quilibet do-  
lor contritionis debet esse maximus, sed sicut unum pec-  
catum est grauius altero, ita dolor vnius contritionis de-  
bet esse major dolore contritionis alterius: quoniam enim  
omnia peccata mortalia sunt aequā grauia, in quantum pri-  
uant gratiam: quedam tamen sunt alii grauiora inquan-  
tum merentur penam ampliorem.

6 Si autem loquamur de dolore qui est passio sensitivæ  
partis & sequitur ad contritionem, sic dicendum, quod talis  
dolor quandoq; non potest esse maximus, & si posset non  
debet. Quod quandoq; non posset esse maximus pater:  
qui vnumquodq; faciliter mouetur a proprio motore q̄  
ab extraneo, sed cum vires sensitivæ mouentur a propriis  
objectis mouentur a propriis motoribus, quando autem  
mouentur ex redundantia virium superioriā mouentur  
quasi ex extraneis, ergo faciliter mouentur vires sensitivæ

### Sancto Porciano

à propriis objectis ad dolore, fletum & huiusmodi, quām  
mouentur ex imperio voluntatis: & pari ratione quan-  
do vires inferiores mouentur à superioribus facultis mo-  
uentur quando ratio deliberat de corporalibus q̄ quando  
deliberat de spiritualibus propter maiore propinquitatē  
ad obiecta earum. Si etiā talis dolor posset esse maximus,  
non tamē debet. Cuius ratio est, quia omnis actus à vir-  
tute imperatis debet habere mensurā vt non excedat re-  
strictitudinem rationis, nec deficit, sed fletus quem cōtritus  
in seipso excitat est actus imperatis virtute penitentia,  
ergo non debet excedere mēluram rationis: mensura au-  
tem omnium actuum corporalium sumitur in compara-  
tione ad conseruationem subiecti. Et ideo tristitia vel fles-  
tus si sit tantus quod subiectum corrumptur vel notabili  
liter prostratur est irrationabilis & indebitus: contra  
quod dicit Apostolus Rom. 12. rationabile sit obsequium  
vestrum, dolor igitur sensitivæ partis qui sequitur contri-  
tionem non debet esse maximus, sed moderatus.

7 AD primum argu. dicendum quod lachrymae sunt  
per se & immediate effectus tristitia vel doloris sensibilis:  
& ideo demonstrant talem dolorem sicut effectus demō:  
strat caſam. Ita quod ceteris partibus ad maiorem dolor  
rem sequitur maior fletus, & ad minorem minor, sed la-  
chryma non sunt per se & immediate effectus discipline  
voluntatis, in qua cōsistit dolor contritionis essentialiter,  
sed consequitur ad ipsum prout vires inferiores mouen-  
tur ex redundantia superiorum, quod non sit ita efficac-  
ter sicut quando mouetur à propriis objectis, (vt dictum  
fuit prius) facultis etiam mouentur ex redundantia supe-  
riorum, quando ratio deliberat de corporalibus, quām  
quando deliberat de spiritualibus propter caſam prius  
assignaram, propter quod pluralitas, vel paucitas lachry-  
marum non est sufficiens argumentum maioris vel mi-  
noris dispernit voluntatis. Quām quandoque homo  
flet inuitus, & quandoque non posse fieri volens.

8 Ad secundum dicendum quod bene inuenitur ma-  
ior dispernit voluntatis, quām sit dolor contritionis  
sicut est dolor desperantis, qui nullam habet commissam  
confolationem venia, sicut dolor contritionis habet, sed ille dolor est indebitus. Nos autem non querimus virum  
posit esse maior dolor quām contritionis, sed virum de-  
beat esse aliquis maior dolor secundum iudicium recte-  
rationis. Nec huic obstat quod dolori contritionis admis-  
sum est gaudium, quia nullus alias dolor qui sit secun-  
dum rectam rationem (etiam si sit sine admisitione gau-  
dii) potest ei æquiparari, sicut fortissimo vino modicissi-  
ma aqua mixta nullum debile vinum etiam purum potest  
æquiparari in fortitudine. Quod autem dicunt aliqui  
quod gaudium admissum dolori contritionis est maxi-  
mum, quia concipiatur ex spe venie, nec minutus dolorem  
contritionis, sed potius auger, fruorū est, quia spes ve-  
nia habet admisum timorem, quām nullus possit esse  
certus devenia; & sicut spes causat gaudium, sic timor mi-  
nuit ipsum, & ideo non potest esse maximum gaudium,  
ut si dicunt. Quod autem illud gaudium non minutus  
dolorem contritionis, omnino fallum est: quia secundum  
Philosophum, gaudium, oppositum tristitia tollit eam,  
si vero non sit oppositum sed concurrens vel contingens,  
minuit eam.

### QVÆSTIO QVINTA.

Vtrum verè contritus plus debet eligere penam in-  
fernī, an omnino non esse quām peccare.

Vide Caprolam in 4. d. 17. q. 1. contra teriam conclusiōnem:

et in 2. d. 28. contra quintam conclusiōnem.

A D secundum sic proceditur, & arguitur sic, quod vē-  
rē contritus plus debet eligere penam inferni, an  
omnino nō esse quām peccare: quia melius est omnia ma-  
la pati, quām malo consentire, sed sustinere penam infer-  
ni, vel omnino non esse, est mala pati, peccare vērē est nō  
solū malo cōsentire, mō malum facere, ergo melius est  
& magis eligendum pati penam inferni, vel omnino non  
esse quām peccare.

9 Item non minus debet aliquis eligere penā inferni,  
vel omnino nō esse ad vitandum culpam si esset necessa-  
ria ad eam vitandam, quām debet fortis eligere mori ad  
vitandum culpam opositam fortitudini, sed secundum  
ratio

Lib. IIII. Distinctio. XVII.

rationem rectam fortis debet eligere mortem ad vitandum vitium oportunitatitum quod de facto oportet alterum incurere, ut docet Philosophus. 3. Ethic. ergo Christianus debet eligere, incurtere penam inferni, vel omnino non esse ad vitandum peccatum mortale quod est offenditum Dei si oportet alterum incurere.

3. IN contrarium arguitur, quia maius malum magis est fugiendum, sed esse in inferno, vel omnino non esse est maius in alium quam peccare, ergo magis est fugiendum & minus eligendum: minor probatur: quia illud est maius malum quod priuat plus de bono, sed omnino non esse priuat omne bonum, esse autem in inferno priuat non solum bonum mortis & meriti, sed etiam possibiliter re-deundi, malum autem culpa seu peccare neutrum praedictorum priuat, ergo &c.

4. RESPONSO. Quia questio multis sensibus habet, ideo procedetur sic. Quia primò ostendetur quid sit objectum electionis. Secundo inquiretur quid pro quo sit eligendum. Tertiò declarabitur propositum.

5. Primum est facile, quia cum electio sit actus voluntatis cuius obiectum est bonum ostensum per rationem, nihil potest eligi nisi quod ostendatur voluntati sub ratione boni, nec recte eligi nisi sit verum bonum secundum iudicium rectae rationis.

6. Quantum ad secundum quid pro quo sit eligendum. Primum videbitur vitrum malum culpa sit pro aliquo malo culpa vel penae virando eligendum. Deinde queretur illud idem de malo penae. Quod autem malum culpa non possit recte eligi, nec secundum se, nec pro virando quoque alio malo culpa vel penae patet sic: quia illud quod non potest concordare cum recta ratione nullo modo est recte eligibile, sed peccatum vel malum culpa nullo modo potest concordare cum recta ratione, ergo nullo modo est eligibile. Maior patet ex i. ar. minor similiter patet ex propria ratione culpa, quia ex hoc est culpa quod discordat a recta ratione: vnde dicere quod culpa non discordat a recta ratione est dicere quod culpa non est culpa, ergo non quaque licet comittere quantumque modicam culpam pro virando quocunque malo, cum in ratione culpar per se includatur ratio illiciti: sicut enim sequeretur quod illicitum manens illicitem, est licitum.

7. Intelligenda tamen quod illud quod non est culpa de se (ut verbum foscum dictum oculo) potest dici licite pro virando malo penae, mortis in se vel in alio. Sed tunc non est ibi circumspecta ociositas, qua ponit ibi totam rationem peccati, cum tale verbum diceretur propter debitum finem, & sic non est ociosum. Sed de illo quod est culpa ex suo genere (ut mentiri) infallibiliter verum est quod in nullo casu potest esse licitum. Sed potest alii quis dicere, quod licet malum culpa non sit committendum pro quocunque malo penae, potest tamen minor culpa licite committi pro viranda maiori, ut mendacium pro virando adulterio, quia licet vtrumque secundum se discordet a recta ratione, tamen plus vnum quam alterum. Et in hoc casu potest videri quod secundum rectam rationem potest eligi vnum peccatum propter maius vitandum. Sed istud non valet, quia cum in intrinsecis rationibus peccati includatur ratio illiciti, impossibile est quod oppositum, scilicet esse licitum conueniat ei quocunque modo, sicut impossibile est quod homo aliquo modo sit irrationalis, cum de ratione eius intrinseca sit esse rationale. Item vnum peccatum nunquam necessarium est committi propter aliud vitandum, cum de ratione peccati sit esse voluntaria non necessarium: & ideo non est licitum vnum eligi propter aliud vitandum, cum vtrumque simul possit vitari: patet ergo quod malum culpa nunquam pateti licet eligi propter vitandum quocunque malum penae vel culpa.

8. De malo autem penae dicendum est quod quandoque potest eligi pro virando majori malo penae, quando scilicet maius non potest vitari nisi incurritur minus, sicut factio mebri ad vitandum mortem corporis, ubi alterum oportet incurrire. Sed si vtrumque vitari potest, peccatum est eligere quodcumque de eis. Si vero comparamus malum penae ad malum culpam, sic quandoque non solum est licitum, sed etiam necessarium eligere malum penae propter malum culpam evitandum, quandoque vero est licitum licet non necessarium: licitum est & necessarium in actibus virtutum que habent pro materia aliqua penalia, sicut fortitudo quae est circa pericula

Questio V.

340  
inherentia mortem, quia qui non agit fortiter quod rem ipsius incumbit peccat, sed nullus potest fortiter agere nisi sustinendo tristitia circa actus fortitudinis, ergo ad vitandum peccatum oppositi fortitudini necessarii est penalia & tristitia eligere. Quandoque vero non est necessarium, est tamen licet quatenus malum penae est promissum maioris boni quam sit illud quod per penam priuat, bonum autem virtutis maius est quam bonum corporis & ideo licet est tristitia sustinere secundum corpus in quo constituit malum penae ut melius conservetur bonum virtutis, & perfectius evitetur malum oppositi viti: & hoc modo licitum est corpus affigere vigilis & letiunis propter promotionem boni temperantiae & repressionem vicei oppositi. Praeter autem istos modos nunquam est licetum eligere malum penae pro malo culpe evitando.

9. Quantum ad tertium, quod est principaliter propositum, dicendum est quod malum culpa nunquam potest recte eligi pro virando malo cuiuscumque penae, etiam inferni, nec pro viranda totali non entitare, ita quod si homo deberet an nihil nisi peccaret mortaliter, nihilominus non deberet peccare. Et istud fatis patet ex dictis. Item dicendum est quod pro virando malo culpe nullus debet eligere penam inferni vel omnino non esse cuius ratio est, quia malum penae nunquam est necessarium eligere vel licet propter malum culpe vitandum, nisi quia sine eo non potest malum culpavari, aut quia per tale malum promoueretur bonum virtutis & impeditur malum viti oppositi, sed neutrum istorum potest dici de pena inferni vel pura non entitate, ergo &c. Maior patet ex praecedentibus. Minor probatur, quia nullum malum penae est necessarium ad vitandum culpam nisi id quod est materia virtutis opposita (vt dictum est prius de fortitudine.) Sed pena inferni non est materia alicuius virtutis. De puro autem non esse constat, cum illud & virtutem, & subiectum virtutis defraudeat, ergo sustinere penam inferni vel omnino non est non est necessarium ad vitandum malum culpe. Item nec est licetum, quia malum penae nunquam licet eligitur propter malum culpe vitandum, nisi quia est promissum virtutis opposita (vt prius dictum est.) Sed pena inferni vel omnino non est non promoueretur aliquam virtutem ut sic faciliter impeditur viti oppositum, ergo eligere penam inferni, vel omnino non esse in nullo casu est licitum: igitur nec culpa est eligenda propter vitandum penam inferni vel omnino non esse, nec ista penae vel defectus sunt eligendi propter vitandum malum culpe. Et ideo questio presupponit falsum: supponit enim quod vnum eligendum est pro altero vitando, & querit quid pro quo, & tam neutrum est pro altero eligendum.

10. Sed contra hoc dicunt quidam quod praedicta ratio impedit seipsum, quia si pena est eligenda ad vitandum culpam, & pena est materia virtutis opposita culpe: pena autem inferni (ut dicunt) quantitatem ad id quod est ibi mere mortalitatis est materia virtutis, ergo ipsa est eligenda. Assumptum probant, quia pena recipiens deordinationem culpe est materia iustitiae punientis culpe per penam, sed pena inferni est huiusmodi, quia per eam recipensatur ex iustitia culpa commissa, ergo secundum rectam rationem si vigeret in damnato, damnatus deberet eligere sustinere penam inferni antequam culpa sua remaneret impunita. Istud autem non est ad propositum, nec est in se verum: ad propositum non est, quia nos non querimus utrum peccator existens in pena inferni iuste sibi a Deo inflicta propter culpe ab eo commissam debet plus velle sustinere penam illam quam quod culpa sua remaneat impunita, an eccentricario: sed querimus utrum verum est contritus qui non est in illa pena, nec est illius penae debitor debeat vel posse licet velle sustinere penam inferni, vel omnino non esse propter evitandam culpe futuræ & imminentis ex aliquo tentatione. Et haec secunda questione non est eadem cum prima, nec una dependet ex alia, & sic illud dictum non est ad propositum. Item nec est in se verum, quia iuste condemnatus ad mortem temporale potest licet optare & velle quod non moriatur, sed condonatur ei penitenti misericorditer pena mortis tam a parte quam a iudice: nec istud est contra iustitiam quod ex causa culpa sic remaneat impunita, sed ex actus misericordiae. Et eodem modo si damnatus potest poterit & optaret penam inferni sibi a Deo misericorditer

### Magistri Durandi de

corditer relaxari non optaret contra iustitiam, sed secundum misericordia: & ideo falsum est quod alii dicunt q̄ damnati plus deberent secundū rationem rectā si vigeret in eis eligere sustinere p̄nam inferni q̄ quod culpa sua remaneret impunita, immo si vigeret in eis recta ratio non obstinata in malo, deberent p̄mettere & optare quod sibi pena inferni remitteretur. Ad formam ergo rationis eorum dicendum est, q̄ pena quando est materia virtutis circa quam actus virtutis necessario veratur, & lugere p̄nam est totaliter virtutis contraria, tunc sustinere tale p̄nam est necessario eligendū, sicut est de p̄na quae sustinetur in rebus bellicis pro defensione reipublicæ: p̄na autem inferni non est hoc modo materia virtutis, vt declaratum est. Et ideo ex hac ratione non est eligenda.

**N** Si autem quæstio ampliaretur sic q̄ poneretur quod oportet alterū incurrere, culpam videlicet, vel p̄nam in inferni, seu omnino non esse, an in casu isto deberet potius homo sustinere p̄nam inferni, vel omnino non esse, q̄ peccare, an econseruare. Dicendum est quod hec posito est impossibilis, quia p̄na propter cuius vitationem \* incurritur culpa, & si non vitatur culpa incurritur p̄na, nō potest sic se habere ad culpam, vt si vitetur culpa necessario incurritur p̄na, sed p̄na inferni est huiusmodi: quia t̄ more talis p̄na vitatur culpa, hoc enim pertinet ad timorem feruilem, vt homo peccare omittat, ne incurrit p̄nam gehenna, ergo talis p̄na nō potest sic se habere ad culpam, vt si vitetur culpa necessario sit incurritur tale p̄na, qui potius opposito modo se habent, quia si nō vitatur culpa, incurritur p̄na, nec incurritur p̄na nisi in curritur culpa. Vnde se habent sicut antecedens & consequens, & non sicut opposita, vel sicut immediate disposita, quorum oporteat inesse alterum altero non inherenter, sicut ponitur per hypothesim. Propter quod ipsa est impossibilis, nec est mirum si ex suppositione falsa & impossibili sequatur falsum & impossibile, & sic nihil concludeatur verum aut possibile contra opinionē, quae dicit quod propter vitandum culpam non est necessarium, nec licet eligere p̄nam inferni vel omnino non esse, sed quidam homines dimittentes veritatem rei absolutæ voluntariæ de consequentiis logicis factis ex hypothesi.

**I**tem prædicta suppositione non solū est impossibilis, sed incompossibilis, hoc est includens contradictione: & talis suppositione non debet fieri secundū aliquam artem, quia secundum eam possunt cōcludi contradictiones, sicut si ponatur quod homo non sit rationalis, sequitur quod homo non sit homo, quia per præsuppositionem sequitur bene non est rationalis, ergo non est homo, cum rationale sit de intellectu & intrinseca ratione hominis: & sic est una contradictione, scilicet quod homo non sit homo, alia contradictione est, quia sequitur quod homo sit rationalis per prædictam suppositionem, ex quo est homo, & non sit rationalis secundum suppositionem. Quod autem prædicta suppositione includat contradictionem patet, quia nullus peccat nisi volens, cum de ratione peccati sit esse volitum secundum Aug. si ergo hominem non volentem peccare, necessarium est incurrere p̄nam inferni, vel ipsum non esse: ita necessitas proueniret ex parte inquisientis tales p̄nas, & hoc est solus Deus, qui solus potest hominem animi hilare, & facere quod anima patiatur ab igne infernali. Si Deus autem has p̄nas ponitur infligere nobiliter peccare quid aliud esset, nisi quod Deus homini diceret, aut tu peccabis, aut ego ponam te in inferno, vel omnino anhilabio, quod est inducere hominem ad peccandum ex timore p̄nae comminata. Hoc autem non solū est impossibile, sed etiam incompossibile, quia includit contradictionem: quia nullus conformando voluntatem suam voluntati diuinæ volendo quod deus vult eum velle peccare, sed si Deus comminaretur has p̄nas aliqui infligere nisi peccaret, induceret eum ad peccandum, & sic veller eum peccare, ergo homo faciendo hoc ad quod deus ei induceret nō peccaret, sed induceret eum ad peccandum, ergo nō peccando peccaret, quod implicat clarę contradictionem.

**S**ed esto quod p̄na possint infligi a creatura, puta ab angelo malo, adhuc dicendum quod propter eas vitandas non licet peccare, nec tamen licet eas eligere propter vitandum peccatum propter rationes prius adductas. Et si dicatur quod nisi peccaret incurretur has p̄nas, con-

### Sancto Porciano

cedatur, jamen non sustineret eas voluntariæ, sed iniutus. Si enim voluntarius eas sustineret, peccaret: & est simile. Si quis malevolus vult me occidere, & occidat ab eo, iniutus non peccat, sed si vellem occidi peccarem: & similiter est in proposito, quia ex hoc collitur ratio peccati, & tollitur ratio voluntarii. Propter quod nō valer ista consequentia: non est illicitum p̄nam inferni sustinere, vel omnino non esse, ne culpa incurritur, ergo non est illicitum eligere p̄nam inferni, vel omnino non esse propter culpam omnino vitiadam. Et cōfiratur, quia illud quod separat hominem à Deo, & ab eius visione in perpetuum nullo modo potest recte eligi, quia Deus & visio Dei debent summe optari & amari, sed p̄na inferni, quantum ad p̄nam damni separat à Deo, & ab eius visione in perpetuum, ergo illa p̄na nunquam potest recte eligi etiam si miles posset a creatura infligi.

**14** AD primum arg. dicendum quod melius est mala pati, quam malo consentire, sub hoc sensu quod est non illicitum mala pati, si sit ibi purum pati, quia omnino illicitum constituit in actione. Sed eligere mala pati quam nō sit purum pati, sed aliquo modo agere saltem quo ad actū interiore nonquam est licitum propter malum culpae evitandum, nisi ad hoc sit necessarium: quod est quando malum tale est materia virtutis, vel sit promotuum boni virtutis, & valeat ad impedientium facilis virtutis opifitum, quod non habet locum in p̄na inferni, vel in omnino non esse, sicut dictum est. Sed contra hoc dicunt quidam, quod licet p̄na inferni pro tempore quo infligitur nec promoueat ad bonum virtutis, nec similiter omnino non esse, quia potius destruit subiectum & omne boni, tamen pro tempore electionis promouent, quia electio est virtuosior quando aliquis ranta mala eligit ne faciat contra virtutem. Exemplum de forti, qui eligit mori propter bonum reipublicæ. Sed quia istud tangitur in secundo argumento, ideo ibi respondetur.

**15** Ad secundum argumentum dicendum quod non probat quod p̄na inferni vel omnino non esse debant eligi ad vitandum peccatum mortale, nisi sub conditione scilicet si oportet alterum incurrere. Hæc autem est positio impossibilis & incoeposibilis, vt declaratum fuit, sed posito quod ester possibilis, adhuc argumentum non valet, quia minor propositio est falsa: quia fortis secundum fortitudinem virtutis moralis nunquam debet eligere mortem ad vitandum virtutis opositum fortitudinem, maximè quando post mortem non speratur alia vita, sicut Arist. & alii Gentiles non sperauerunt, sed sufficiat ad virtutem fortitudinis moralis quod fortis eligit virtuosè agere in rebus bellicis, propter bonum reipublicæ non obstante timore mortis, qui est in talibus periculis, ita quod si incurrit mortem, incurrit iniutus, & non ex electione, quia ex parte eius nō est ibi pro tunc voluntarium simpliciter vel mitissimum, sed est pura passio quæ secundum se non est virtuosa, sed solum ratione antecedentis, quia propter timorem regni mortis quæ quandoq; contingit in factis bellicis nō omisit vltro se opponere pro defensione reipublicæ, & si fortis eligeret mori, electio non est virtuosa, imo estet virtutio, vt postea patet. & similiter p̄na inferni & omnino non entitas non solum quando infligerentur nō promouent ad virtutem, sed si præcligerentur sedderent electione virtutam, ergo &c.

### QVASTIO SEXTA.

Vtrum fortis secundum fortitudinem virtutis moralis debeat vel licet in quoque

casu eligere mortem.

*Cap. vbi supra.*

**O**ccasione prædictorū queritur de duobus. Primum est, virum fortis secundū fortitudinem virtutis moralis debeat vel licet et in quoque casu eligere mortem. Secundū est, virum fidelis & virtutis debeat plus diligere culpa inquantum est offensia Dei, quam inquantum est nocia sibi. Ad primum sic proceditur, & arguitur quod fortis debeat vel saltem ei licet eligere mortem in aliquo casu, quia bonum commune est præferendum bono proprio, sed conseruatio reipublicæ est bonum commune, conseruatio proprie vitæ est bonum priuatum: ergo pro conseruatione reipublicæ debet homo exponere vitam propriam, quod sit eligendo mortem, ergo &c.

*Item*

### Lib. IIII. Distinctio. XVII.

<sup>2</sup> Item nono Ethicorum dicit Philosophus quod opor tet pro amicis multa pati, & mori si oporteat: sed plus tenet aliquis diligere communitatem quam priuatos amicos, ergo pro bono communi debet homo eligere mori si necesse est.

<sup>3</sup> IN Contrarium arguitur, quia amicabilia que sunt ad alterum venerunt ex amicabilibus, que sunt hominis ad seipsum, ut dicitur oīāo Ethicorum, sed causa est potior effectu, ergo potior est amicitia hominis ad seipsum quam ad quemcunq; alium. Igitur per anōrē cūiūcūq; persona priuata vel reipublica, non debet homo eligere mortem propria persona que tollit omne bonum secundum illos qui non expectant aliam vitam, vt fuerint mortales Philosophi.

<sup>4</sup> R E S P O N S I O. Circa questionem istam primò videndum est quid pertinet per se & direc̄tē ad virtutem fortitudinis moralis, & hoc viso procedetur ad id quod specialiter queritur.

<sup>5</sup> Quantum ad primū sciendum est q̄ secundū Philosofo, in secundo Ethicoru, virtus est que habentem perficit, & opus eius reddit bonum. Bonum autē hominis est vivere secundū rationē, cum homo sit homo per rationē, & ideo ad virtutem humanam pertinet quod faciat opus hominis esse secundū rationem, quod fit tripliciter. Vno modo secundū quod ip̄a ratio rectificatur in se respectu agendorum, quod fit per virtutem prudentiae. Alio modo secundū q̄ ipsa rectificatio rationis in rebus humanis ponitur, quod pertinet ad virtutem iustitiae. Tertiō secundū quod tollunt impedimenta impellentia hominē ad plus quam rectificatio rationis requirat, & ad hoc ordinatur virtus temperante, vel cū tolluntur impedimenta retrahentia ab eo quod est secundū rationem, & istud fit per virtutem fortitudinis quae est circa timores periculorum, & maximē illorum qui possunt inferre mortem, que est finis terribilium. Vnde virtus fortitudinis per se & præcisē consistit in hoc q̄ homo virtuosus possit agere non obstantibus periculis que frequenter retrahunt à bono rationis.

<sup>6</sup> Quantum ad secundū quod specialiter queritur, videlicet virtus fortis debeat vel saltē ei licet in aliquo casu eligere mortē pro defensione reipublica, vel in quo cungālō casu. Dicendum est q̄ aut loquimur de fortitudine purē mortali de qua tractauerunt Philosophi qui ignorauerunt aliam vitam futurā post istam, aut loquimur de fortitudine iuncta fidei. Primo modo loquendo de fortitudine dicendum est q̄ licet fortis nō debat recedere à virtuoso opere propter timorem mortis, nunquā tamen licet ei eligere mortem pro defensione Reip. vel in quo cungālō casu qui ad præsens occurrat.

<sup>7</sup> Ad cuius evidētiā sciendum est q̄ sic dicitur Ethic. Amabile quidem bonum, vniuersitatem autem proprium, & secundum hoc in bonis que debent amari & eligi accipitur gradus dupliciter. Vno modo secundū quantitatē boni, quia maius bonum magis eligēdū est certis paribus, & ideo cum bonum anima sit potius q̄ bonum corporis, & bonum corporis bonis exterioribus, ideo magis est eligendum, & mala opposita sunt magis odientia & fugienda. Alio modo potest accipi gradus in bonis diligendis & eligendis ex parte hominis, quia proprium bonum est magis diligendum & eligendum q̄ alterum extraneum: sicut quilibet tenetus plus diligere sequā alterum vel quamcunq; communitatē in qua ipse nō includitur. Amicabilia enim que sunt ad alterum venerunt ex amicabilibus que sunt ad seipsum. Notanter verò dicitur bonum extraneum & cōmūne, quia in bono cōmūni includitur formaliter bonum proprium, sicut in bono totius corporis includit bonū partis ciuii enim pars est cōmūnitas, & ideo ciuius debet plus diligere bonum ciuitatis q̄ bonum suū, & plus velie q̄ conferuetur bonum totius ciuitatis q̄ solum bonum suū. Sic enim diligendo bonum ciuitatis diligere bonū suū & bonum aliorum, quod est melius quam diligere bonum suū illum. Bonum autem extraneū voco bonum persona priuata, vel reipublica ciuius homo nō est pars, sicut respectu ciuii Tolosani bonum extraneum est bonum ciuii Carucen, & etiā bonum ciuitatis Caturicen. & yrting bos-

### Quæstio VI.

<sup>34<sup>a</sup></sup> num deber ciuii Tolosanus minus diligere quam bonū suum proprium: cum enim diligere aliquid, sit velle bonū ei, sicut quilibet homo tenetur plus diligere seipsum q̄ alium hominem vel quamcunq; cōmūnitatem in qua ipse nō includitur, sic tenetur plus velle bonum sibi q̄ alicui alteri de predictis, & plus fugere malum suum propter q̄ malum cūiūcūq; extranei. Vnde plus deber dis plicere illi qui peccauit peccatum suum quam peccatum cūiūcūq; alterius persona priuata vel omnium aliorū, & sicut est in malis culpā sic est in malis pānē æternē ceteris paribus.

<sup>8</sup> Ex his arguitur ad propositum primo sic: electio per quam eligitur maximum malum pro aliquo bono, ad cuius conseruationem nihil penitus prodeat, sed potius oblitus nō est virtuosa, sed magis virtuosa. Et istud clare patet, quia cum electio sit eorū que sunt ad finem, si illud quod eligitur nō profit ad conseruationem finis, sed potius nocet, electio talis est fatua, nec est secundum prudentiam que facit electionē rectam, sed electio mortis que est maximum malum secundum nō credentes aliam vitam nihil facit ad conseruationem Reip. sed potius nocet, ergo talis electio nō est bona, nec virtuosa. Major iam patet, sed minor probatur, quia cum bellum suscipitur pro conseruatione reipublice ad hoc proficit & perducit pugna cū victoria. Per hoc enim conseruat Reip. q̄ ciues pugnat fortiter contra hostes, & eos vincunt, mors autem viuis vel plurium magis impedit victoram q̄ promoueat. Et ideo quanvis fortis debeat eligere fortiter pugnare pro defensione reipublice nō obstantibus periculis que sunt in factis bellicis, nō tamē debet eligere mori, sed oppositum. Et si mors contingat, debet ei displicere tanq; nosciua sibi & reipublice. Et confirmatur, quia simile est de uno cive & de quolibet alio, & de omnibus simul, sed nihil est dictū q̄ oēs ciues debeat eligere mortem pro defensione reip. quia cum res publica principaliter confitatur in vita ciuium, mors omnium eorum nō efficit conseruationem reipublice, sed totalis subuerit, & mors ciuiuslibet est eius diminutio. Vnde mors ciuium viuis vel omnium nō promovet Remp. nec conseruat sed subuerit vel minuit. Itē & redit in idem, nullus aggrediens bellum sub spe victoria eligit mori in bello: quia nō stat simul mors & victoria, sed omnis virtuosus aggrediens bellum pro defensione & conseruatione reipublice aggreditur ipsum sub spe victoria, quia aliter nō potest defendi nec conseruari, ergo talis non eligit mori.

<sup>9</sup> Secundo principaliter arguitur ad propositum secundum beatum Aug. de libe. at b. omnis rectē eligens efficit melior quando assequitur illud quod rectē eligit, quia electio recta nō est nisi de vero bono nondum habito, vel de minori malo quando oportet ipsum vel maius incurrire: assequitur autem veri boni reddit hominē melior, virtus etiā maioris mali per minus malū reddit hominē minus malū. Et sic affectu eius quod rectē eligitur reddit hominē meliore vel minus malū q̄ est si non assequeretur quod eligit, sed quia assequitur mortem nō credens, nec sperans aliquid vitam nō efficitur melior, nec minus malū q̄ est si viueret qualitercumq; quia efficitur omnino nō ens secundum opinionē quam habuerūt Philosophi gentiles de morte, ergo talis mors nō potest eligi secundum rectam rationem, ergo per nullam virtutem pure moralem potest aliquis rectē eligere mortem. Et si cōstaret ciuiibus, vel si probabiliter crederent q̄ morrerent in bello nō deberent se exponere: virtus enim fortitudinis pure moralis est circa timores & audacias (vt patet, 3. Ethic.) neutrum autem istorum est circa pericula, seu circa ea que certitudinaliter inferunt morte: de malo verò quod est vel aestimatur infeasibilis non est tia mor, sed tristitia, quia iam existimatur quasi præsens: audacia etiā est cum fiducia euadendi, propter quod virtus fortitudinis que est circa timores & audacias non est circa pericula de quibus existimatur certitudinaliter q̄ interrāt morte, & multo minus virtus pure moralis fortitudinis consitit in electione mortis, nec eā habet adiunctā.

<sup>10</sup> Si autem loquamur de fortitudine admisita fidei, sic licitum est eligere moriē pro cōfessione fidei christiane,

### Magistri Durandi de

& pro eius conseruatione, ac multiplicatione. Cuius ratio est, quia secundum rectam rationem aliquod malum eligendum est propter assecurationem maioris boni quam sit illud prout per malum priuatur, sicut secundum membris recte eligitur propter conseruationem salutis corporis, sed salus seu vita æterna qua acquiritur per mortem suscepit pro confessione fidei Christianae, & pro eius conseruatione ac multiplicatione est incomparabiliter maius bonus quam sit vita temporalis qua priuatur per mortem, ergo mors corporalis per quam homo priuatur vita presenti est secundum rectam rationem eligenda propter assecurationem vita æterna & vera. & ista est sola ratio propter quam Christi martyres non solum suffinuerunt mortem corporalem patientes, sed etiam gaudenter elegerunt morti pro assertio: ne fidei, & assecuratione præmissi æterni.

11 A D Primum argu. dicendum est quod bonum cōmune non est preferendum bono proprio, nisi quando in bono cōmuni includitur boni propriū: alias bonum cōmune est extraneum, nec est preferendum bono proprio. Et cū concluditur vterius quod pro conseruatione boni cōmuni in quo includitur bonum propriū debet homo expondere vitam suam: verum est quod debet se expondere periculo de quo verisimiliter praesumitur euasio possibilis & defensio reipublicæ. Quod autem propter hoc debet eligi mors, non est verum, quia hoc non prodest conseruationi reipublicæ, sed potius obesset.

12 Ad secundum arg. dicendum est quod illud confirmat non strum, quia confat quod nullus debet diligere amicum plus quam seipsum: & ideo nullus debet diligere mori pro conseruatione vita amici, sed solum debet facere illud quod pertinet ad rationem amicitiae. Et si ex hoc sequatur mors, non tamen sequitur ex electione, sed casualiter, nec solum exponeit se homo licet periculis mortis pro defensione reipublicæ, vel amici, sed etiam pro defensione honorum suorum temporalium: & tamen nullus sapiens diceret quod homo virtuoso eligetur mori pro conseruatione honorum suorum temporalium.

### QVÆSTIO SEPTIMA.

Vtrum culpa sit magis odienda fidelis, quia est offendens Dei, quam quia est nocua sibi.

A D secundum sic proceditur, & arguitur quod culpa sit magis odienda, quia est offendens Dei ratione penae per quam est nocua homini, quia odii ex amore causatur. (Illud enim plus oditur quod opponitur ei quod plus diligitur) sed quilibet teneret plus diligere deum quam seipsum, ergo tenetur plus odire quamcumque cuiusquam quatenus est offendens dei, quam quia est nocua sibi.

2 Item pena peccato debita quanvis si peccatori nocua, tamen quādō penitentie imponitur meritorie suscipitur, & virtuose impletur: sed in offensa Dei nec virtus esse potest, nec meritum, ergo plus est offendens offensa dei quam pena que est nocua homini.

3 IN CONTRARIVM arguitur, quia secundum Aug. malum est, quia nocet, sed peccatum nocet peccati ratione pena debita peccato, Deo autem non nocet ratione offensa, ergo peccatum est magis malum & magis odiendum ratione penæ, quam ratione offensa diuina.

4 RESPONSI O. Circa questionem istam facienda sunt tria. Primum est, quod ostendetur quod ratio est nulla. Secundum est, quod respondebitur ad quēdā obiecta contra prædicta. Tertiū est, quod declarabitur quid in culpa magis sit odiendum & fugiendum.

5 Quantum ad primum dicendum est quod quāstio prædicta est nulla, quia culpa quatenus est Dei offendens, & peccanti nocua ratione pena culpe debita sunt unum & idem, inter quæ non debet ponи distinctione. Quod probatur sic: Ira & offensa non dicuntur esse in Deo secundum effectum, sed secundum effectum in quantum inferit penam, & preparat, ergo offensa Dei non est nisi pena inflata, vel infigēta peccatori. Et sic in idem incidunt offensa & pena. Sed inter talia nō cadit distinctione, ergo culpa non est magis odienda quatenus offensa Dei quam ratione pena, per quam est nocua peccatori.

6 Quantum ad secundum secundum est quod quidam arguant contra prædicta intendentis probare quod offensa

### Sancto Porciano

Dei est aliud realiter quam pena peccati. dicunt enim quod offensa potest dici actiū vel passiū quando unus offendit alium, scilicet ex parte offendens, & ex parte offendee. Offensa ex parte offendens, nihil aliud est quam illud per quod offendens displicet offendens, scilicet aliquid dictum vel factum, vel omissione alicuius debiti fieri quod displicet offendens, & maxime quando talis displicencia est talis, quae tollit amicitiam offendens ad offendentem, & merito debet inducere inimicitiam oppositam. Offensa autem passiū dicitur ex parte, scilicet illius qui offenditur, nihil aliud est quam dispercenția, quam merito debet habere offendens de iniuria illata ab offendente secundum quā dicitur quod similiter sunt odio impius & impietas eius, impietas secundum se impius autem ratione impietatis. Probatur ergo primo quod imponit offendens actiū dicta sit idem quod pena, quia offendens meretur penam, sed pena non est meritum penae: quia siue in bonis siue in malis illud quod retribuitur pro merito non est idem cum merito, ergo &c. Quod autem pena & offensa passiū dicta, scilicet secundum quā dicitur offendens offendit, & hoc etiam est in comparatione ad Deum, & pena qua offendens punitur non sicut idem, probatur triplici ratione.

7 Prima ratio est, quia illa quae possunt esse sine iniurie, non sunt idem, scilicet offendens Dei, & pena peccatoris, ergo &c. Maior patet. Probatio minoris, scilicet quod pena potest esse sine offensa, & offensa sine pena, sicutem pro eodem instat: quod dico ideo, quia licet nunquam posse esse pena, nisi esset offensa, nec etiam possit esse offensa dei quin sequatur aliqua pena, nam potest esse pena pro aliquo tempore pro quo non est offensa, & econvenit sicutem in actu, quod faciliter patet. Primo quātum ad hoc quod pena possit esse pro aliquo tempore pro quo non est offensa, & hoc patet duplum. Primo quia ablata offensa per contritionem adhuc manet pena quam peccator contritus solvit, ergo &c. Secundo quād Deus non solumento punit illum qui offendit pena exterminante, sed etiam punit eum pena emendantem, & iam Deo reconciliante, satisfaciēte, sed talis pena infligitur ablata offensa, ergo impossibile est quod offensa dei & pena sint idem. Et sic probatur est quod pena potest esse sine offensa, & conuerso offensa potest esse sine pena, ita quod non oportet existente offensa, quod statim sit pena: quia statim quando peccator peccat sequitur pena, ergo &c.

8 Secundo probatur idem ex comparatione offensæ ad peccatum sic: Quia offensa dei aut est displicencia dei de peccato, aut voluntas penam inferendi, sed neutrum istorum est pena, ergo offensa non est pena. Maior enim de se patet. Minor etiam manifesta est, quia displicencia de peccato importat actum voluntatis illius cui displicet, voluntas etiam inferendi penam importat actum voluntatis illius cui displicet, voluntas etiam penam inferendi importat actum voluntatis dei, sed actus voluntatis dei non est pena, ergo &c.

9 Tercio quia communiter doctores dicunt quod damnatio displicet penam non ratione offensæ diuinam, sed ratione penæ, sed hoc non est si offensæ diuinam & penam effient idem, ergo &c.

10 Hac autem sunt fruola, quia distinctione offensæ dicta actiū vel passiū solum habet locū in illis in quibus est offensa propriæ dictæ, quæ est motus animi ad displicenciam in illis enim ipsa displicencia per quam homo est formaliter offendens, dicitur offensa passiū quatenus est ab alio caufata, & illud dictum vel factum ex quo caufatur talis displicencia dicitur offensa actiū, quia est caufatur talis displicencia, & in talibus offensa dicta actiū non est pena, sed meritum penæ, ut isti bene dicunt quātum ad hoc, nec offensa dicta passiū est pena, sed est motus animi secundum displicenciam, & sunt separabiles pro aliquo tempore. In Deo autem non est offensa propriæ dictæ, quia in eo non est motus animi ad displicenciam caufatum ex aliquo malo dicto, vel facto nostro, sed omnino similiter se haberet in se siue peccemus siue bene faciamus. & per consequētū respectu dei nulla est offensa actiū dicta, quia oīs actio correspōdet passiōi & ecōverso, sed dicitur deus iratus vel offendens metaphorice solum per similitudinem ad homī

## Lib. IIII. Distinctio. XVII.

hominem qui offensus ab alio vult ei infligere penam, & infligit quando potest, & similiter Deus, quia punit peccatores infligendo penam dicitur ei offensus vel iratus, ita quod offensa nec est in Deo passione, nec in nobis actiuem respectu Dei, sed est ei denominatio metaphorica ratione folius penae quam infligit peccatori.

ii Et ideo primum argumentum quod procedit de offensa actu vel passione dictum non est ad propositum.

12 Ad secundum dicendum est q[uod] offensa Dei nec est disiplinatio de peccato, nec voluntas infligendi penam; sed est sola denominatio metaphorica sumpta a pena quae Deus infligit ex similitudine penae quae homo iratus vel offensus alteri infligit eidem.

13 Ad tertium dicendum q[uod] verba doctorum non sunt semper sacramentalia nec propria: & si proprium loquamus in hac materia dicimus, quod damnatio displaceat eorum culpa ratione penae, & non quia est contra rationem vel contra mandatum diuinum, sed ex hoc Deus nec offenditur nec trahitur.

14 Quantum ad tertium sciendum est q[uod] sicut supra dictum fuit in peccato mortali est unum in quo essentia est confitit, videlicet voluntaria deordinatio actus: duo autem sunt cōcomitancia seu consequentia, scilicet priuatio gratiae, ratione cuius dicitur Deus peccatori offensus, quia gratia non est nisi ad amicum. Et ponit alia cuius peccator efficit debitor, & h[ec] duο redeunt in idem, quia priuatio gracie est pena, nec est offensa Dei nisi metaphorice, sicut dicitur de quaunc[et] alia ponit a Deo inflicta. Dicendum est ergo q[uod] illud quod secundum rectam rationem est magis odientum in peccato est deordinatio actus, in qua essentia est confitit culpa: quia illud secundum rectam rationem est magis odientum quod est magis contrarium recte rationi, sed deordinatio actus est huiusmodi, pena autem non est contra rectam rationem, in modo secundum rectam rationem debet infligi peccanti, quare &c. Item maius malum est semper magis odientum, sed culpa secundum se omni alio excepto est maius malum quam quecunq[ue] pena, ergo magis odientum. Minor probatur, quia illud est magis malum quo mali sumus quam illud quo non mali sumus, sed malum culpa est malum quod facimus, & quo mali sumus: malum autem penae est malum quod patimur sed non quo mali sumus, ut patet per Aug. primo de libo arbitrio, ergo &c. Item cum malum sit priuatum boni, illud est magis malum quod priuat maius bonum. Sed malum culpa in homine priuat bonum rationis quod est sumum, hoc autem non facit aliqua pena, quare &c.

15 Duo prima argumenta procedunt ex falsa suppositione, videlicet q[uod] in deo sit offensa proprie, quod non est verum sicut probatum est.

16 Argumentum autem in oppositum bene procedit, nisi quia videtur supponere offensam esse in deo proprie.

## Q Y A S T I O O C T A V A .

### Quo iure confessio sit introducta.

**D**Einde queritur de confessione. Circa quam queruntur tria in generali. Primum est, vtrum confessio sit necessaria ad salutem. Secundum est, vtrum sit sitrum tonitri sacerdoti. Tertium est, an confessio facta ab illo qui non penitit valeat, an oporteat iustum confessio. Quādum ad primum queruntur tria. Primum est, quia iure confessio sit introducta. Secundum est, an sit ad salutem necessaria. Tertium est, vtrum peccator teneatur suum peccatum statim cōfiteri habita copia sacerdotis. Ad primum sic proceditur. Et arguitur quod confessio sit de iure naturali, quia confessio est manifestatio occulorum cogitatorum dictorum vel factorum, sed illud est de iure naturali ut probabitur, ergo &c. Assumpta probatur, quia natura dedit homini loquaciam seu sermonem, ut manifestetur alteri omnia quorum loquela potest esse signum expressum: haec autem sunt cogitata, dicta & facta, ergo &c.

2 Item Adam & Cain non tenebant nisi ad peccata legis naturalis, sed ipsi reprehendebantur, quia peccatum eorum non fuerunt confessi, ut habetur Gen. 3, &c. 4. Cap. ergo confessio est de iure naturali.

## Questio VIII.

342

3 Item probatur q[uod] sit de iure diuino veteris legis, quia Esa. 43, dicitur: Narra si quid habes ut iustificeris. & Proverb. 22, dicitur: Qui abscederit celera sua non dirigeretur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordia consequetur: ergo cum ista fiant per confessionem, videtur quod ipsa sit de iure diuino veteris legis.

4 Item videtur q[uod] sit de iure humano positivo, quia extra de pgn. & remissi. cap. omnis vitius sexus imponitur omnibus quod confiteantur omnia sua peccata semel in anno. Istud autem videtur purè pertinere ad ius humanum per summum Pontificem positum, cum nihil tale reperiatur quocunq[ue] alio iure statutum.

5 R E S P. Confessio duplicitate accipitur. Vno modo largè pro quaunc[et] expreſſione veritatis quam aliquis facit per seipsum, vel interrogatus per alium in iudicio, vel extra iudicium: & sic confiteri nihil aliud est q[uod] aliquid aſſerere vel negare, magis tamē proprium locum habet in alteris rationibus q[uod] in negationibus, quanvis & illud reperiatur, sicut Ioan. 1, dicitur de Joanne Baptista quod confessus est, quia non sum ego Christus. Alio modo accipitur confessio strictè prout per ipsa nunc loquimur: & est idem q[uod] expressio peccatorum suorum coram sacerdote gerente viaem de sub spe venie obtinenda à deo. Cōfessio primo modo dicta pro quanto est expressio veritatis quam aliquis facit per seipsum vel interrogatus per alium & extra iudicium sub nulla lege cadit, sed procedit ex mera libertate. Quando autem fit in iudicio ad instantiam partis, & ad interrogationem iudicis cadit sub lege, cuius autoritate rotaborat iudicium.

6 De confessione autem strictè accepta que est expressio peccatorum coram sacerdote sub spe venie obtinenda, dicendum est quod non est de iure naturali, nec est de aliquo iure purè humano, sed de iure diuino in lege euangelica tradito. Primum patet: quia omne q[uod] directe pertinet ad fidem est de his quae sunt supra rationem naturalis, sed confessio peccatorum coram ministro pertinet directè ad fidem, ergo &c. Maior patet: quia fides est de his quae excedunt rationem naturalis. Minor similiter manifesta est, quia omnia sacramenta nostra legis sunt quedam facta protestantia fidem: confessio autem prout de ipsa loquimur sacramentum est (vt pacuit supra dist. 14. q. 3.) ergo confessio non est de iure naturali, quod innitiatur ratione purè naturali non supposita fide. Hoc etiam de se patet, quia enim ratio naturalis dictaret mihi quod per peccatum mihi soli notum teneret alij reuelare certe nullam, immo potius oppositum. Item talis confessio fit sub spe venie à Deo obtinenda, sed talis spes non est de dictamine rationis naturalis, ergo nec confessio sub tali spe facta.

7 Quod autem non sit de iure purè humano patet: quia nulla lex potest præcipere actum cuius transgressorem non potest iuste punire, frustra enim ferrentur leges quaeq[ue] nisi transgressores possent puniri. Ex ideo Phil. 1. Ethic. dicit, quod omnis lex habet vim coadiuviam per penā, sed nulla lex humana possit iuste punire illum qui non confiteretur peccatum sibi soli notum, quia tale peccatum, aut constitut in solo consensu interior, aut procedit exteriori in dicto vel facto: si consistat in solo confessu interiori non subiacet legi purè humana, non solum propter defectum probationis, quia nullus potest testificare contra alterum de solo confessu interior quando nullo modo procedit exteriorius, dicto, facto vel signo, sed etiam propter defectum autoritatis quia nullus purus homo habet super cogitationes alterius. Hanc enim sibi solus Deus referuantur, qui solus nouit corda filiorum hominum. Si autem peccatum procedit exteriorius per dictum vel factum, occultum tamē alii, tale peccatum bene subiaceat potestati humanae, sed iuste puniri non potest propter defectum probationis, unde ius non deficit, sed probatio, quia si posset probari posset iuste puniri: ipsa tamē celatio peccati occulti exteriorius procedentia iuste puniri non potest per legem humanam, quia nullus tenetur prode-re suū peccati nisi in iudicio forensi ad instantiam partis vel quando iudex procedit ex officio, & ordo iuris hoc exigit. Quod autem aliquis dicat peccati suum occulti corā sacerdote qui illud habet celare nulla lex purè humana potest præcipere, nec transgressorū iuste punire.

Pro-

### Magistri Durandi de

Propter quod relinquitur quod confessio sacramentalis de qua loquimur est solum de iure diuino.

8 Illud autem diuiditur in legem veterem & nouam, in quarum utramque fuit confessio instituta, sed differenter: quia siue lex verus fuit umbra & figura legis nouae, & siue in fide veteri continebatur implicite fides modernorum, sic confessio sicut instituta in veteri lege implicita, & in umbra, & figura. Confitebant enim peccata sua solum offendendo sacrificium pro peccato suo in quo fatebantur se per eas in generali, sed in nova lege exprimitur singula peccata mortalia coram sacerdoti ut vicario Christi.

9 Quando autem instituta fuerit, videtur quod post resurrectionem quando Christus dixit Apostoli Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remitteritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt eis. Remittere enim quedam peccata & quedam retinere non possunt ministri ecclesiae nisi eis innotescant, non possunt autem eis innotescere nisi per confessionem peccatoris, & ideo confessio creditur tunc fuisse instituta per Christum. Ex quibus apparet quod gloriatio decreti turpiter errauit & periculosum errore in fide, in gloria super quintam distinctionem, tractatus de penitentia vbi dicit sic: Videtur est quando oris confessio fuerit instituta, & subdit, dicunt quidam instituta fuisse in paradyso statim post peccatum dicente Domino ad Adam, Adam vbi es? ideo enim quiescevit ut ipso confiteat peccatum, daretur forma alii in posteru confitendi, sed quia in illa interrogazione Dominus minus explesus videbatur ad confitendum monuisse, & ideo posse expressius inquisitus a Cain fraticida, vbi est Abel frater tuus? Alii dicunt quod sub lege fuit primò instituta quando Ioseph praecepit Achor crimen suum confiteri & lapidatus est. Alii dicunt quod in novo testamento a Iacobō dicente, Confitemini alterutrum peccata vestra. Sed melius dicitur eam institutam a quadam vniuersalitatem Ecclesiae traditione potius quam ex noui, vel veteris testamenti autoritate. Traditione autem Ecclesiae obligatoria est ut praecipuum, ergo necessaria est confessio de mortalibus apud nos, apud Graecos non, quia non emanauit ad illos traditio talis sicut nec confitunt in azymis, sed fermentatis: Illud ergo Iacobi, Confitemini alterutrum peccata vestra confitili fuit primò, alioquin ligaret Graecos non obstante eorum confutaudine. Hæc fuit simpliciter verba gloriosioris in quibus sunt plures errores periculosi in fide, & mirum est quod in tam solenni libro ecclesia sustinuit, & adhuc sustinet tam perniciosa floscam, ut magis poesta patet.

10 Ad primū arg. dicendum quod possit manifestare peccata sua seu quacunq; alia in te, homini à natura, manifestare autem vel non manifestare est in hominis libertate, teneri autem ad manifestationem aliquorū in iudicio Forensi est ex autoritate iuris positivi per quod iudicium roboretur. Confiteri autem peccata sua sacramentaliter sacerdoti est ex institutione Christi.

11 Ad secundū arg. dicendum quod Adam & Cain visuperantur, quia interrogari a Deo peccatum suum non recognoverunt, etiam tamen tanquam iudicii omnium, & scienti non solum facta, sed etiam cogitata nihil debet celari: hoc tamen non est confessio de qua loquimur, quia sit homini sponte tanquam vicario Christi ad consequendam remissionem peccatorum. Nec est verum quod Cain & Adam sola lege naturali ligarentur, quia illa nunquam sufficit ad salutem eternitatem promerenda, sicut scriptum est ad Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo.

12 Ad tertium dicendum quod confessio de qua loquimur non fuit instituta in lege veteri, & quod dicitur Esa. 43. Natura si quid habes ut iustificeris, non intelligitur de confessione peccatorum, sed exprobatio ibi dominus populo Israel, q; non proponere poterant bona opera quibus iustificarentur, & possent allegare se fuisse duxos in captivitatem iniulta. Quid autem subditur ex libro Proverbiorum, qui abscondit scelera sua, &c. intelligendum est de illo qui non fateretur delicta sua coram Deo, aut qui in iudicio non recognoscit ea prout tenetur: talis enim non meretur misericordiam apud deum vel iudicem, sicut ille qui ea humiliiter confiteretur.

13 Ad quartum dicendum quod ecclesia non instituit confessionem, sed instituta a deo precipit singulis annis fieri

### Sancto Porciano

maxime volentibus communicare. Et de hoc inferius plus dicetur.

### QUESTIO NONA.

Vtrum confessio sit ad salutem necessaria.

A D secundum sic proceditur, & arguitur quod confessio non sit necessaria ad salutem, quia sicut peccatum per alterum contractum potest purgari merē per alterum (ut patet de peccato originali quod purgatur per alterum in baptismo) sic peccatum quod aliquis committit per seipsum potest, ut videtur, purgari per proprium actum sine altero. Sed peccatum actualē commititur a quolibet per seipsum, & ex proprio actu, ergo plenē purgari potest per proprium actum sine actu alieno. Sed confessio non est nisi proper ratiōnē alienum, scilicet propter absolūtionē habendam, ergo &c.

2 Item illud non est de necessitate salutis, in quo potest per ecclesiam dispensari, sed per ecclesiam dispensari potest quod nullus confiteatur. Confessio ergo non est de necessitate salutis. Probatio minoris, quia solum tenetur famel in anno confiteri ex statuto ecclesie, quod habetur extra de patre & remissi capitulo oīnīs virtutis & sexus, sed sicut hoc statuit, ita potest dispensare cum aliquo quod non confiteatur in anno, & pari ratione de secundo & tertio, & sic de singulis, & ita nunquam confitebitur, quare &c.

3 Item Magdalena & Petrus qui peccauerunt salvati sunt, & tamen non inuenitur quod peccata sua fuerint sacramentaliter confessi, ergo confessio sacramentalis non est necessitate salutis.

3 IN CONTRARIUM arguitur, quia ut dicit Boetius lib. de Conf. Si medicinam expicias, oportet quod vulnus detegatur. Sed de necessitate salutis est quod homo de peccatis mortalibus commisisti accipiat medicinam, ergo de necessitate salutis est quod morbi detegatur, quod non est nisi per confessionem.

5 RESPONSO. Circa questionem istam videnda sunt duo. Primum est, an confessio sacramentalis sit de necessitate salutis. Secundum est, an possit per ecclesiam cum aliquo dispensari, ne teneatur confiteri.

6 Quantum ad primū dicendum est quod confessio est de necessitate salutis, habita copia sacerdoti his qui peccaverunt mortaliter. Cuius ratio est, quia omne remedium ordinatum contra culpam cum quā non sit gratia, est de necessitate salutis: sed confessio non solum mentalis deo sed vocalis coram ministro, est remedium diuinum ordinatum contra culpam mortalem quæ tollit gratiam, ergo talis confessio est de necessitate salutis. Major patet, quia sine gratia non est salus, q; gratia dei vita æterna, ad Ro. 6. Minor probatur, quod enim confessio vocalis coram ministro ordinata sit contra peccatum actualē mortale patet ex eo quod Christus dixit discipulis, Ioan. 20. Quorum remitteritis peccata, remissa &c. Remittere autem quedam peccata, & quedam retinere non possunt, nisi eis innotescant: non autem possunt eis innotescere nisi per verbū confitentis, vel aliud quod supplet vicem verbū. Et confirmatur, quia non minus opponit salutis peccatum actualē mortale quod peccatum originale: sed baptismus qui est sacramentū ordinatum contrā peccatum originale est de necessitate salutis, ut suspicatur actu vel voto quando actualē eius susceptionem impedit casus necessitatis, & non contemptus sacramenti, ergo similiter confessio est de necessitate salutis, ut actu fiat nisi casus necessitatis impedit, & non contemptus confitendi. Ex prædictis patet quod non est de necessitate salutis peccata venialis confiteri, quia non tollunt gratiam, & possunt per alium modum purgari, tam in hoc seculo quam in purgatorio.

7 Quantum ad secundum dicendum est quod nullus potest dispensare quin ille qui peccauit mortaliter temperatur peccatum suum cōfiteri, quia Papa & omnes inferiorum institutorum per Christum secundum illud, Cor. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi & dispensatores ministeriorū dei. Minister autem non potest tollere legem

### Lib. IIII. Distinctio, XVII.

legem institutam per legistatorem, propter quod Papa, & multo minus inferiores eo, non posunt dispensare q̄ illo qui peccauit mortaliter & tenerit cōfiteri secundum ordinatiōē Christi nunquā confiteatur, sicut nō posunt dispensare q̄ parvulus natu in originali peccato salueretur fini baptizino, quā ordinatio Christi sit in contrariū loan. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest intrare in regnum Dei. Et confirmatur, quia Ecclesia Christi fundata est in Fide & Sacramētis, & ideo sicut ad ministros Ecclesie non pertinet nouos articulos fidei edere, aut editos removere, aut in aliquo eorum dispensare, ne credatur: sic ad eos non pertinet noua sacramenta instituire, aut instituta removere, aut dispensare q̄ non recipiantur, maximē illa que sunt de necessitate salutis sicut baptismus & penitentia.

8 Ad Primum argumentum dicendum q̄ non est simile de purgatione originalis peccati per alterum, & de purgatione peccati actualis per proprium actum: quia maiori efficacia est pasio Christi ad delerionem peccati originalis per alterum contracti, quam actus nō st̄ ad delerionem peccati actualis per proprium actum cōmisi, & etiam gravius est originali: & ideo ibi sufficit actus alii enus, quia per baptismum cōmunicant nobis virtus passionis Christi, hic autem non sufficit proprius actus.

9 Ad secundum dicendum q̄ Ecclesia non potest dispensare cum eo qui peccauit mortaliter, licet possit dispeñare in suo statuto de confitendo statim in anno, nisi intra annum contingenter casus in quo esset necessarium implere praeceptum Christi de confessione. Qui autem sint illi casus, patet in sequenti quæstione.

10 Ad tertium dicendum q̄ Petrus & Magdalena peccauerunt nō post baptismum, vel post Christi passionem: & ideo non renebantur ad confessionem que nondum erat infinita. Vel dicendum quod Christus qui habuit potestatem excellentiæ, potuit eis dare effectum sacramenti facimenti: non sic autem posunt ministri qui nō habent potestatem excellentiæ, sed simplici ministeri, vel forte confessi fuerint, quanvis non legatur. Multa enim facta sunt per Christum & sanctos, quia non sunt in scriptis redacta, ideo &c.

### QVÆSTIO DECIMA.

Vtrum peccator postquam peccauit statim tenetur conteri & confiteri habita copia sacerdotis.

A D tertium sic proceditur, & arguitur quod peccator postquam peccauit statim tenetur conteri & confiteri habita copia sacerdotis: quia illud q̄ sine termino debetur statim debetur, sed peccator postquam peccauit debet conteri & confiteri, nec est ad hoc positus aliquis certus terminus, ergo tenetur ad statim.

2 Item Hugo de S. Viatore dixit, quod si necessitas nō est quā prætentatur, nō excusat contemptus: sed contemptus in sacramentis est peccatum mortale, ergo mortaliter peccat, qui non statim conteritur, nisi necessitas cum excusat.

3 IN CONTRARIUM arguitur, quia in decreto tali, omnis virtus sexus, simul ponitur præceptum de confessione, & de eucharisti perceptione: sed qui non cōmunicat ante Pascha nō peccat mortaliter, ergo similiter qui non confiterit ante Pascha non peccat mortaliter.

4 RESPONSI O. Videnda sunt duo. Primum est de cōfessione vtrum ad eam tenetur peccator statim postquam peccauit, & secundum erit de confessione.

5 Quantum ad primum dicendum est q̄ aliquis potest teneri ad cōfessionem dupliceret. Vno modo sub conditione, scilicet si vult esse in statu gratiae & salutis, & hoc modo non est dubium quin peccator statim post peccatum tenetur conteri: quia fine cōfessione nō potest esse in statu salutis & gratiae, & ideo qua ratione vult secundum, eadem ratione oportet eum velle primum. Alio modo potest intelligi aliquem teneri ad cōfessionem ex præcepto, ita q̄ nisi conteratur peccat mortaliter rāḡ transgressor præcepti: & hoc modo peccator non tenetur regulariter conteri statim postquam peccauit, quia perseverare in eodem peccato secundum reatum non inducit novum peccatum. Sed peccator si non cōfiteratur statim post

### Quæstio X. & XI.

343  
quam peccauit solum perseverat secundum reatum in peccato per eum cōmisso, nec est aliquod præceptum quod obliget eum ad statim conterendū, ergo nō peccat novo peccato. Et quia in cōfessione includitur propositum cōfiteendi, ideo ad tale propositum nullus obligatur, nisi sciat ad cōfessionem.

6 De confessione autem actuali dicendum est, q̄ ad eam faciendam statim nullus obligatur absolute loquendo, obligatur tamen in certis casibus. Quod patet, quia præceptum affirmatum licet obliget semper, non tamē ad semper, sed solum pro tempore quo imminet necessitas implendi præceptum: sicut filius nō tenetur omni die & oīni hora honorare parentes, sed sola quando incumbit tempus & necessitas honorandi. Sed confiteri est præceptum affirmatum, ergo nō obligat nisi pro tempore quo necessitas impleri hoc præceptū. Tempus autē quo imminet necessitas cōfiterendi est in quinq̄ casibus. Primus est quando homo habet eucharistiam recipere, quia nūllus quantumcunq̄ contritus absq̄ confessione debet eucharistiam sufficiere oblatra copia sacerdotis. Secundus est statutū ecclesiæ que præcipit q̄ confessio non differatur ultra Pascha, vt dictum est prius: & iste secundus modus dependet ex primo, quia ecclesia præcipit confessionē fieri ante Pascha, vt in Paschate digne sufficiat eucharistia. Tertius est propter mortis periculum, quia cū sacramenta sunt instituta pro hominibus quoad statum vita, si aliquid immineat probabilit̄ exitus de hac vita tenetur recipere sacramenta ad ipsum pertinētia, & maxime sacramentum quod est necessitatis, vt est penitentia. Et ideo beatus Iac. simul promulgauit præceptum de confessione facienda, & de extrema vñctione recipienda. Quartus est cū aliquis habet peccatum de quo non potest eum absolvere nisi superior quem habet præsentem, & probabilit̄ credit quod eum de cetero non habebit. Quintus quādo aliquis ex scrupulo conscientia credit se teneri ad statim cōfiterendū. Et sic tenetur aliquis ad confessionem statim faciendam propter sacramētū sumendum, statim, periculum, dubium, & scrupulum: hoc autem intelligentiū est de fideli baptizato, quia cū baptismus sit ianua omnium sacramentorum, ante baptismum non potest sūscipi aliquod sacramentum nouæ legis.

7 Ad primum arg. dicendum est q̄ illud q̄ debetur sine termino debetur statim: cōfessio autē sacramentalis nō debetur sine termino: quia quāuis ex natura sacramenti nō sit præfixus aliquis certus terminus, nec etiā præceptio Christi, tamen est præfixus generalis terminus, videlicet tempus presentis vñcti intra quem terminum potest confiteri peccator, nec addringit ad aliquem certum terminum nisi in casibus predictis.

8 Ad secundum dicendum est quod Hugo loquitur de illo qui sine sacramento decedit de presenti vita, qui non potest excusari à cōfessione, nisi articulus necessitatis eum excusat.

### QVÆSTIO XI.

Vtrum sit necessarium confiteri sacerdoti, an sufficiat alteri confiteri.

Circa secundum principale queruntur duo. Primum est, vtrum sit necessarium confiteri sacerdoti, an sufficiat alteri confiteri. Secundum est, vtrum sit necessarium confiteri proprio sacerdoti. Ad primum proceditur, & arguitur sic q̄ sufficiat confiteri non sacerdoti: quia confitio promulgata est a beato Iacobo, Iac. 5. Confitemini terutrum peccata vñctra, sed secundum hāc promulgationem licitum est æqualiter cuilibet confiteri, ergo &c.

2 Item præceptum est rectoribus ecclesiæ, vt agnoscant vultum pecorum suorum Pro. 27. quod sit per confessionem: sed rector ecclesiæ quandoq̄ est non sacerdos, ergo saltē tales possunt audire confesiones.

3 IN contrariū arguitur, quia in veteri lege discernēti di lepram à lepra fuit commissum solis sacerdotibus: sed per illud iudicis figurabatur iudicis cōfessionis, ergo iudicium confessionis quo discernitur inter culpam & culpm pertinet ad solos sacerdotes.

4 RESPONSO. Aut confitens habet copiam sacerdotis, aut non habet: si habet, necessarium est quod constitutetur

### Magistri Durandi de

litteratur in casibus duntaxat in quibus necessarium est confiteri, ut dictum est in precedentibus, quod pater sic: Sacramentum confessionis est de necessitate salutis, nisi excludatur per articulum necessitatis, sed non est sacramentum confessionis nisi fiat confessio sacerdoti, ergo necessarium est confiteri sacerdoti. Major pater ex dictis. Minor declaratur, quia non est verum sacramentum ubi non est verus minister sacramenti, sed verus minister sacramenti confessionis est solus sacerdos, ut patet ex traditione Christi prius allegata, & ex forma quam feruat ecclesia in ordinatione sacerdotum, in qua dicuntur eadem verba super ordinandos que Christus dixit discipulis (scilicet) quoniam remitterit peccata, remittuntur eis, & quae directe respiciunt potestatem ministri super effectum sacramenti, ergo non est verum sacramentum confessionis quando non fit confessio sacramenti.

5 Si autem non habeatur copia sacerdotis, sic dicunt quidam quod tenetur laicus confiteri: quoniam ratio est, quia in sacramentio confessionis non solus est aliquid ex parte ministri (scilicet absolutione & iniunctione satisfactionis) sed etiam est aliquid ex parte confitentis, qui sacramentum fuset per scilicet confessio, & vtrumque concurredit ad plenitudinem sacramenti: quando ergo possibile est vtrumque concurrere necessarium est vtrumque obseruare, sed quando deest sacerdotis copia & necessitas impingeret debet facere penitentem quod in le est (scilicet confiteri & confiteri cui potest, clerico non sacerdoti vel laico). Sed si tamen non videtur necessarium, quia cessante principali cessaat accessorium: sed confessio fit principaliter propter absolutionem, ergo si deest copia sacerdotis absoluens, qui solus potest in foro penitentiae absoluere, absolutus est penitens ab obligacione confessionis.

6 Propter hoc potest aliter dici quod nunquam est necessarium confiteri non sacerdoti, est tamen licitum si fiat ex sola humilitate ad habendum consilium vel ad verecundandum propter Deum, qui verecunda sit pars sanctae causae, dummodo confitens non subicieat se non sacerdoti sacramentaliter ut ministro: hoc enim est illud circuitus, quia sicut non sacerdos peccaret si gereret se pro ministro, huius sacramenti, sic peccaret qui subiceret se non sacerdoti ut ministro.

7 A. D. Primum argu dicendum quod beatus Iacobus loquitur ex suppositione diuine institutionis per quam sacramentalis confessio solum est facienda sacerdotibus, pro eo quod ea solis dedit Christus potestatem peccata remittendi, ut patet Ioan. 20. quo supposito beatus Iacobus confessionem faciendam eis monuit.

8 Ad secundum dicendum quod curatus debet cognoscere vulnus subditus sui dupliciter. Uno modo quantum ad exteriorem conuersationem, an peccator notior an non, & in hoc non debet credere subditus: & haec cognitione potest habere curatus non sacerdos sicut sacerdos: alio modo quantum ad conscientiam interiorum in sacramento confitentis, & hanc habet solus sacerdos: propter quod rationabiliter institutum est, ut curati paroeciani intra annum ordinarentur quia alter non possunt integrè exercere suum officium, & irrationabiliter dispensatur in hoc nisi magna causa subficit, ideo &c.

### Q U E S T I O N E . X I I .

Vtrum necessarium sit confiteri proprio sacerdoti & non aliis etiam habenti priuilegium vel mandatum, &c.

A D secundum sic proceditur, & arguitur quod necessarium sit confiteri proprio sacerdoti, & non aliis etiam habenti priuilegium vel mandatum superioris sine licentia proprii sacerdotis: quia Papa per nullam concessionem intendit praedicare iuri alieno, sed istud pertinet ad ius sacerdotum paroecialium, quod subditus eorum non confiteantur alii sine illorum licentia, ergo per nullum priuilegium concessionem a Papa tollitur illud ius sacerdotum.

2 Item confessus alii sine licentia curati sui & absolutus ab eo, aut est vere absolutus ab eo, aut non: si non, habeo propositum, quod talis confessio & absolutione non valuit, si sic, contra, quia aut talis tenetur iteratio confiteri sacerdoti curato, aut non, si tenetur, sequitur magnum incon-

### Sancto Porciano

ueniens, scilicet quod aliquis teneatur confiteri peccatum de quo ritè absolutus est, si non teneretur, sequitur sumiliter inconveniens propter statutum iuris, quod est in contrariu.

3 Ad idem est glo. ordinaria Bern. super illo cap. Omnis virtus sexus. Vbi dicit expresse quod Predicatores & Minores per priuilegiū sibi concecum non possunt absoluere sine licentia paroecialium sacerdotum.

4 IN contrarium arguitur, quia quicquid potest potest inferior potest superior, maxime quando inferior potest depēder à superiori. sed potest curatus inferior est potestate episcopi & Papæ, & ab his totaliter depēder, ergo quicquid potest curatus potest episcopi & Papæ, sed de licentia sacerdotis potest audire aliquis eius subditus, ergo fortiori ratione de licentia, vel de priuilegio episcopali vel Papæ etiam sine licentia curatus.

5 R E S P O N S O . I O . In hac questione non est differencia inter audientes confessionem ex commissione episcopi & priuilegio Papæ, & in priuilegio includitur commissio, & si qua est minus deberet esse dubium de habentibus priuilegiis Papæ, quod de habentibus simili potest commissione episcopi, quia Papa potest dispellere in statuto iuris potest, cu ipse sit iuris conditor, non sic autem est episcopus: propter quod si probatur quod ex sola commissione episcopi possit aliquis audire confessio sine licentia curatus paroecialis, fortiori ratione probatum erit quod ex priuilegio Papæ hoc possit fieri. Ad probandum autem priuilegium probabuntur tres conclusiones per ordinem. Prima est quod episcopus potest audire confessio omnium de sua dioecesi sine licentia proprie curator. Secunda est, haec potest potest ea committere. Tertia est quod non solus potest ea committere alii sacerdotibus secularibus, sed monachis & religiosis. Propter primum accipiendo est quod episcopus est ordinarius totius sui dioecesis et tenetur communiter. Et hoc notat Greg. in Summa sua de officio ordinario, & de sententia excommunicacionis, unde licer archiepiscopus non posse se intrinsecere de subditis suffraganeorum nisi in certis casibus, tamen episcopus de omnibus casibus sua dioecesis potest se intrinsecere. Ex hoc arguitur sic: audire confessio non requiri nisi potestat ordinis & iurisdictionis, sed episcopus præter potestatem ordinis quam recipit in sua consecratio ne habet potestat iurisdictionis in toto episcopatu suo & super oes subditos sacerdotis paroecialis, ut statim ostendit, ergo potest audire confessio omnium subditorum in episcopatu suo, immo plus pro utilitate subditorum, potest prohibere sacerdotem paroecialem a confessio nibus audiendis, nec mirum, quia etiam potest prohibere ipsum bacapit, sicut habetur expresse, 16. q. 1. cap. cunctus. & sic patet primum.

6 Secundum sic patet. scilicet episcopi tale officio possunt committere alii. Primo, quia que sunt iurisdictionis ordinariae possunt committere alii, sicut expresse habetur extra de officio ordinari, cap. his quibus, sed audire confessio nes competit episcopo ratione iurisdictionis ordinariae supposito: quod sit sacerdos, ergo istud potest committere alii sacerdoti. Secundo, quia extra de officio ordinari, cap. inter cetera iura, datur episcopi viri cathedralibus ecclesiis & ceteris collegiis affumantibz sibi viros fidios coadiutores in officio predicationis & audientia confessio num: hoc autem non est nisi per se episcopi possint confessio audire & alii committere, quare &c. Minore patet: quia ex hoc quod episcopi possunt, immo debent alii mere coadiutores ad audiendum confessio clarum est quod ipsi per se ipsos possunt, quia qui assumit coadiutorem ad aliquid faciendum ipse est principalis in faciendo, & qui assumitur idem potest, alioquin frustra assumetur. & sic patet secundum.

7 Tertium patet. scilicet episcopi possunt hoc committere non solum sacerdotibus secularibus, immo monachis & aliis religiosis, quoniam hoc quidam negant propter multa iura quae habentur, 17. q. 3. cap. placuit. & cap. interdicimus: in quibus expresse videtur prohibere monachis ut non audiant confessio, sed sicut ex alii capitulis patet: illud intelligitur nisi de licentia episcoporum, quia de licentia eorum bene possunt, ut habetur eadem causa & q. capitulo, Ex autoritate, & capitulo sic viue. & hoc rationabiliter, quia cum ad audiendum confessio non requiratur nisi potestas ordinis & potestas iurisdictionis que

**Lib. III. Distinctio. XVII.**

qua dat executionem, primam autē habent omnes sacerdotes & qualiter ex sua ordinatione, secundam autē posunt habere ex Episcopi commissione, & fortiori ratione ex commissione Papæ. Et sic partē auctoritas audiendi confessiones potest cōmitti sacerdotibus religiosis sicut secularibus: ex quibus concluditur q̄ sicut Episcopus potest per le, vel per alium excōmunicare subditos sacerdotum parcialium eis inuitis, sic potest audire confessiones eorū per se, vel per alium curatis inuitis: & hoc exp̄lē declarat̄ est per Alexandrum papā, q̄ de licentia & commissione Episcoporum legatorum domini Papæ & quo runcunq; Ordinariorum lictum est. Prædicatoribus & Minoribus audire confessiones inferiorum aſſentū minime requirit, ubi etiam mandat idem Papa, quod qui contrarium peccat acriter aſſeruerit tanquam contumax & rebellis ecclesie Romane habeatur.

8. Et idem confirmatum est per Clementem Papā, 4. nonūmērō dominus Ioan. papa. 22. vocato magistro Ioan. de Poliaco sacre theologie doctore qui aſſerebat q̄ confessi fratribus Prædicatoribus & Minoribus tenetur eadem peccata propriis curatis parcialibus iterū confiteri, & data ſibi aſſentia in confitorio, & alias corā alia quibus Cardinalibus ad hoc ſpecialiter deputari, cū dī & ſic magiſter Ioannes nesciēt reſpondere rationib⁹ cōtra eum factis, cōpulit eum reuocare prædictam opinioñem & dāmnauit eam, ac reprobauit de confilio fratrū, determinans q̄ illi qui prædictis fratribus confitentur, non magis tenentur eadem peccata iterū confiteri, quām ſi alia illa contēſti fuſſient eorum proprio ſacerdoti: & mandauit hanc ſuam determinationē publicare ſolenniter per vniuersitū mundū, vt patet in declaratione per eum ſuper hoc edita qua incipit: vas elec̄tioñis. Et confitentur iſta per generalem confuetudinē Ecclesiæ qua est maxima auctoritatē circa sacramenta & vſum eorum. Papa enim habet Penitentiariorū qui pro nunc ſunt oēs religiosi. Episcopi verō habet Penitentiariorū tam ſeculares quam religiosos, qui abſoluunt omnes ad veſtites fine licentia ſacerdotum parcialium non ſolum de maioribus retentis à Papa vel ab Episcopis, ſed de omnibus quæcunq; voluerint confiteri: dicere autē q̄ hęc generalis confutatio per vniuersitū mundū obtenta & per Papam & Prælatos Ecclesiæ approbata ſit pernicioſa & vergens in periculum anima, ſi eit quaſi ſacilegum.

9. Ad primū arg. in oppoſitum dicendum quod nō ſit præjudicium alicui, niſi ſubtrahatur ei quod eſt in fauore eius introductum. Poreftas autem audiendi cōfessionem non eſt introducta in fauore alicuius prælati vel curati, ſed in vilitatem plebis & honorem dei: propter quod ſi prælati ſuperioribus videatur expedire ad falutem plebis & honorem dei prouidendum quod hac auctoritas alii committatur q̄ ſacerdotibus curatis, nō ſit eis præciūm: ſed conſertus eis auctoritā niſi illi qui querit que ſua ſunt nō que Iefu Christi, & qui præſunt gregi, non vt paſcant ſpiritualiter, ſed vi paſcantur temporaliter.

10. Ad ſecondū dicendum q̄ abſoluti ab illis qui habet priuilegium vel commiſſionem ſunt verē abſoluti, nec teneantur iterato eadem confiteri proprio ſacerdoti non obſtantē conſtitutione, omnis vtriusq; cui præjudicari poſt per ſpeciale priuilegium quod derogat iuri communī, & per ſpecialē commiſſionē episcopi qui eſt magis proprius ſacerdos q̄ curatus. Et ideo ſicut de licentia curati poſt abſolūtū ſic & fortiori ratione de licentia episcopi, fine licentia curati.

11. Ad tertium de gloſa Bern. dicendum quod eius eſt interpretari priuilegium cuius eſt condere: cum ergo Papa qui dedit priuilegium interpretatus ſit, quod audiētes cōfessionem ex priuilegio vel ex cōmiſſione ipsorum verē abſoluunt, nec requiruntur licentia ſacerdotum: pro lege enim debet haberī omnis interpretatio qua eſt in contrarium, & forte gloſator ille non viderat interpretaſiones ſummi Pontificis & ſequuntur eſt pro tunc opiniōnem ſuam, &c.

**QVÆSTIO XIII.**  
Vtrum cōfessio facta ab illo qui non penitentia ſunt valeat, an oporteat eum iterum confiteri.

**Quæſtio XIII.**

344

Circa tertium principale quæruntur tria. Primum eſt oportet eum iterum confiteri. Secundum eſt vtrum talis ſaltem implet p̄ceptum ecclēſie de confitendo ſemel in anno. Tertium eſt vtrum cōfessio debeat fieri integrē vni & eidem. Ad primū ſic proceditur, & arguitur quod cōfessio facta ab illo qui non penitent non valeat: quia cōfessio diſtinguit contra contritionem & ſatisfactiōnem, ſed contrito & ſatisfactio non valent sine charitate, ergo nec cōfessio, ſed qui non eſt contritus facit cōfessionem ſine charitate &c.

2. Item omnis talis cōfessio, aut valeat ad remiſionē culpa vel poena, ſed cōfessio facta a non contrito non valeat ad remiſionē culpa, quia ſine contritione actua liter culpa non remittitur, nec ad remiſionē poena; quia poena non remittitur niſi culpa ſit prius remiſa, ergo talis cōfessio nihil valeat.

3. IN CONTRARIUM arguitur, quia cōtrito valeat ſine actuali cōfessione dummodo habetur in propoſito: ergo ſimiliter cōfessio valeat ſine cōtritione actua liter dummodo habetur in propoſito.

4. Item ſicut ad cōfessionem p̄exiguntur contrito, ſic ad baptiſmum penitentia, que eſt peccati diſcipiencia in adulto: ut patet ex p̄cedentibus, ſed baptiſmus receptus a nō penitente valeat quando postea incipit penitentia, ergo ſimiliter cōfessio facta a non contrito & abſolutione recepta ab ipſo valeat quando poſtea conteritur de peccatis.

5. R E S P O N S I O. Aliquis poſt dicit nō contritus aut nō penitens dupliciter. Vno modo quia dolet de peccatis, ſed luſtienter non dolet. Alio modo quoniam non dolet de peccatis, nec pro tunc abſintere proponit. Primo modo cōfessio facta a non contrito valeat: quia nulli polet conſtrare de ſufficienti contritione, & ideo ad hoc, ut excutier a transgressione precepti de cōfessione ſufficiebit q̄ reputar ſe contritum, & credibile eſt q̄ Deus ſupplē at refiduum: aut quia per abſolutionē virtute clauis p̄cedens dolor qui fuit in infiſciēs efficitur tunc ſufficientis, aut quia poſtmodū ſuccedente ſufficiente contritione diſmittitur peccati, nec tenetur ad iterādū cōfessionem prius factā. Si autem ſit non contritus, quia non penitentia neceſſit pro tunc abſintere, ſic eſt diſſicior quæſtio. Circa quā duo ſunt modi dicendi. Primum eſt q̄ talis cōfessio valeat ad remiſionē culpa, quia impenitentē quādo cōſtitetur & abſolutur, licet tunc nō recipiat fructum abſolutionis, tamen recedente fictione percepit, ſicut in baptiſmo dictū eſt ſupra d. 4. q. 4. & forte ratio huius opinionis eſt, quia ſicut in baptiſmo imprimitur character ad quē recedente fictione ſequitur gratia, ſic in penitentia recipitur quādā diſpositio, vel ornatus ad quē recedente fictione ſequitur gratia per quā eſt remiſio peccatorū. Sed itud nō videtur alii propter tria. Primo quia nulius talis ornatus imprimitur a ſacramēto penitentie, ſed eſt adiumento cōſtitetur. Secundo, quia ſi imprimitur nō manet, niſi cū gratia, alioquin multiplicaretur in eodē ſecundū numerū cū cōtingit iterari cōfessione & abſolutionē de eisdem peccatis, & iterata cauſa iteratur effectus quod eſt inconueniens. Si autē nō manet niſi cū gratia, nō imprimitur, niſi per cōfessionem & abſolutionē per quā cōfertur gratia, quod nō eſt in propoſito. Tertio quia dato q̄ talis ornatus poſtit eſſe cū gratia & ſine gratia, ad ipſi ſequeretur gratia recedente quacunq; fictione: cū indiferenter ſe habeat ad gratia & ad priuationē eius, ſicut prius dictum eſt de charactere baptiſmi.

6. Alius modus dicendi eſt, q̄ talis cōfessio non valeat ad remiſionē culpa, nec pro tunc, nec recedente fictione: ne quorū ratio eſt, quia talis impenitentia, aut confitetur ſuam impenitentiam que eſt propositum nō abſinendi, aut non: ſi non confitetur, tunc eſt fictus fictione que eſt ſpeciale peccatum & contemptus ſacramēti, & ita cōfessio eius nō eſt integra cum omittat confiteri itud peccatum: cōfessio autem que nō eſt integra non valeat, ſed eſt iteranda, ergo &c. Si verō confitetur talem fictionem nō debet abſoluī, quia minister cum ſit instrumentū principalis agentis ſ. dei, non debet aliquem abſoluere quem ſcit

### Magistri Durandi de

scit à Deo non absoluī, sicut instrumenta artis non agunt nisi prout mouentur à principali agente: sed sacerdos scit illum qui nō pgniter à Deo nō absoluī, ergo nullo modo debet talem absoluere. Et ideo dicit Dionysius in fine Ecclesiastice Hierar. q̄ sacerdotibus videntur est virtutibus Hierarchicis quomodo diuinitas eos mouerit, si autem sacerdos presumat de facto talem absoluere peccat, sicut ille qui à diuino ordine auertitur, nec absolutione conseq̄uitur aliquem effectum: quia virtus sacramentorum est principaliiter à Deo, non autem à sacramentis, vel ministratore nisi à causa sine qua non. Et ideo qui sic confiterit & de facto absoluitur tenetur iterum eadem confiteri & de eis absoluī: nec est dubium quin h̄c opinio sit securior, quia confitendo iterato nullum periculum sequitur, sed maxima securitas, qui autem omittit iterum confiteri committit se dubio, quod est valde periculosem in his que tangunt salutem vel damnationem animæ.

7 Veruntamen prima opinio posset colorari nō quidē ponendo, q̄ à sacramento penitentie imprimatur aliquis ornatus animæ, quia illud est fictitium. Sed ponendo q̄ sola virtus diuina per modum diuinae passionis & ordinationis assistens sacramentis operatur in eis, quia pactio & ordinatio diuina potest esse de effectu sacramenti vel quando actu suscipitur, si suscipiens nō ponat impedimentum vel obicem, vel postquam receptum est & remoto impedimento, si quod fuit in suscipiendo, sicut & dicimus de merello mediante quo datur elemosyna, non enim statim elemosyna recipitur cū merellus ostenditur, sed tunc vel postea secundum benefacitum ordinatoris. Et propter hoc in sacramentis in quibus suscipiens potest ponere obicem gratiæ & in quibus gratia est principalis effectus sacramenti, ipso, quia per se ordinantur ad deletionem culpa, vt baptismus & penitentia, videatur habere locum h̄c pactio dilatoria: unde sicut ponitur q̄ baptismus habet effectum suum recedente fictione, sic potest colorare dici q̄ confessio facta à non penitente & absolutione eius habeat effectum recedente impenitentia per veram contritionem subsequenter, quanvis non sit omnino simile: quia baptismus est sacramentum nō iterabile. Et quantum est ex natura sacramenti baptismi deletur in eo omnis culpa & omnis pena culpæ debita. Et ideo si impenitentis accedit ad baptismum, cū pro tunc non recipiat remissionem culpa & penæ, nec possit iterum baptizari nisi pactio haberet in baptismo locū, sequeretur q̄ homo in perpetuo priuaretur praedicto fructu baptismi, quod est inconveniens maximus: penitentia vero potest iterari de eodē peccato. Et ideo si prima nō valuit, secunda vel tertia potest valere, propter quod pactio dilatoria non habet æquum locū in penitentia, sicut in baptismo: Deus tamē potuit vnum ordinare sicut aliud, illud tamen quod est tutius semper est tenendum.

8 Ad argumenta vtriusq; partis potest responderi. Ad primum dicendo, q̄ nō est simile de contritione & satisfactione & de confessione: quia confessio cum absolutione correspondente est quoddam sacramentum in quo pactio dilatoria habet locum, quād pro tempore confessionis & absolutionis confitens est indispositus. Contrito autem est dispositio ad sufficiendū effectum sacramenti, quae si sit sufficiens, necessario habet gratiam concomitatem: satisfactione autem cum debeat esse Deo accepta debet esse cum gratia per quā est deo accepta, & non alter secundū querundam opinionem.

9 Ad secundum potest dici, q̄ talis confessio & absolutione valent ad dimissionem culpa & penæ, non pro tunc, sed recedente fictione vel indispositione, propter pactio-nem ordinationis diuinae quae est in sacramentis.

10 Ad argumenta in oppositum dicendum est ad primum, q̄ non est simile de propofito confitendi & satisfaciendi quod habet contritus, & de propofito conferendi quod habet confitēs: quia cum propofitum sit de futuro & secundum ordinem naturalem, contritus autē debeat precedere confessionem & satisfactionem, propofitum con-fitendi & satisfaciendi sufficit contritus: sed nullus ordo est q̄ in confitente sufficiat propofitum conferendi, cūm propofitum sit de futuro, contritus autem debeat precedere confessionem.

11 Ad secundū dicendum, q̄ si pactio & ordinatio diu-

### Sancto Porciano

na habeat locū in penitentia sicut in baptismo argumen-tum bene procedit: sed, vt ostensum est, nō est omnino similiis ratio de penitentia & baptismo, ergo &c.

### QVÆSTIO XIII.

Vtrum confitens & nō penitens impleat preceptum ecclesiae de confitendo semel in anno.

A D secundum sic proceditur, & arguitur quidē confitens & nō penitens impleat preceptum ecclesiae de confitendo semel in anno: quia statuta penitentia sunt restringenda & nō amplianda: sed statutum de confitendo semel in anno est penale, ergo nō debet extendi ultra q̄ consonant verba statuti, quia solum faciunt mentionem de confessione & non de contritione.

2 Ad idem est, q̄ ecclesia mandat confessionem impenitentis recipi: vt habetur extra de poe. & remiss. Quoniam quidē hoc autem nō faceret nisi per confessionem talem impleretur preceptum ecclesiae, quare &c.

3 IN CONTRARIUM est, quia intentio ecclesiae præcipientis confitendi semel in anno conformatur intentioni Christi statutis sacramentum confessionis, sed illa fuit vt confitens conqueuerit veniam peccatorum, ergo eadem est intentio ecclesiae: sed secundum hanc intentionem non implet preceptum confitens & non penitens, ergo &c.

4 RESPONSO. Ad evidētā huius questionis dicendum est, quia autoritatē habet ecclesia circa sacramenta & viūm sacramentorum. Et secundo respondebitur ad questionem.

5 Quantum ad illud primū resumendum est illud quod q. 8. In. dicitum fuit supra, videlicet q̄ confessio sacramentalis nō fuit instituta, nec potuit institui iure purè humano, sed instituta iuri per Christum qui fundauit ecclesiam in fidē credendorum & in susceptione sacramentorum, sicut scriptum est Ephe. 4. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnum dominus quem colimus, vna fides per quam in eum credimus, vnu baptisma quod suscepimus & mediante ipso cetera sacramenta, quia baptisma est ianua omnium sacramentorum. Ecclesia autem sic institutam regēdam commisit Petro & Apostolis sub ipso & eorum successoribus. Vnde ad eos pertinuit, & ad successores eorum pertinet primo & principaliter fidē docere & sacramenta ministrare, prout expedire videant salutem hominum propter quā omnia prædicta sunt ordinata & instituta per Christum: & ideo si rectoribus ecclesie videatur expediens pro conseruatione & multiplicatione fidei, & pro salute populi q̄ sacramenta per Christum instituta maximè quæ sunt omnibus communia recipiantur a populo, tali vel tali tempore, ipsi autoritate non purè humana, sed autoritate Christi cuius sunt vicarii sibi commissa possent de hoc statutum facere quod ligabit fideles, & sic a principio ecclesiae factum est. Nam Anacletus papa statuit q̄ fideles singulis diebus communicarent, allegas de hoc doctrinam Apoſt. vt habetur de confec. di. i. cap. per acta conseruatione, processu vero temporis Fabianus papa statuit quod saltem ter in anno, omnes comunicarent scilicet in Paschate, P̄tecoste & Natali: vt habetur de cōf. di. 2. Si non frequentius. Ultimo vero Innocentius. 3, statuit q̄ saltem semel in anno omnes communicarent, scilicet in Paschate, vt habetur extra de poen. & remissione. Omnis vtriusq; sexus, & hic solus posuit statutum de confitendo semel in anno de quo solo est dubium. Nullus enim vñquam dubitauit an ecclesia potuit statuere q̄ fideles communicent, hoc enim expedit confirmationem fidei: vt fideles facte se ostendat credere in illum quem in sacramento recipiunt, quod est difficillimum ad credendū. Expedit etiam summē salutem populi vt illum sumat in sacramento per quem vita spiritualis potissimum nutritur & roboretur. Potest etiam constare ecclesiae quis circa hoc est obediens, vel inobediens, & inobedientem puniri legitima pena.

6 De confessione autem nō est sic: quanvis enim confessio sit quodammodo signum protestatum fidei, proficiat etiā ad salutem, tamen nō potest confitare ecclesiae de obedientia vel inobedientia hominis respectu huius statuti, quia per statutum non obligantur nisi illi qui peccauerunt

### Lib. IIII. Distinctio, XVII.

nunt mortaliter, de quo non potest constare ecclesiæ quan-  
tum ad peccata interioris confessus, nec quantu[m] ad pecca-  
ta occultæ exterioris operis: propter quod quantu[m] ad ista  
nō potest cōstatere Ecclesiæ an talis teneatur ad confitendum  
secundum prædictū statutū. Rursus si aliquis sit peccator  
manifestus & confiteatur, non potest constare Ecclesiæ si  
confessus sit omnia peccata sua prout statutum dicit, quia  
cum confessio sit foli sacerdoti qui non debet quocunq[ue]  
modo prodere peccatum confitentis, & si proderet nihil va-  
leret, quia ad vnius testimonio nulla debet cōdemnari;  
idcirco nō potest constare Ecclesiæ (vt videtur) si aliquis  
est transgressor prædictū statuti: qualiter ergo potest hoc  
per Ecclesiæ statuti cuius transgressor nō potest coniungi,  
nec per consequens iustè puniri? scilicet est dubium.

7 Posset ergo de hoc fieri sanctæ & salubris exhorta-  
tio quæ potest prodeſſe & non obſeffe: quia ad sacramentū  
Eucharistie de cuius suscepione subiungitur præceptum  
nullius qui mortaliter peccatum debet accedere etiā contri-  
tus nisi prius cōfiteatur habita copia sacerdotis, & forte  
sic factum est & prouisum in illo statuto, omnis vtriusq[ue]  
Sexus, in quo præmititur exhortatio sanctæ & salubris de  
confessione facienda, & subiungitur præceptum de percep-  
tione Eucharistie vallatæ pœna. Et si nō sit sola exhorta-  
tio, sed præceptum, illud quidē potest ligare conscientiam  
quatenus sit ab ecclesiæ autoritate Christi. Sed pœna tem-  
porali illius statuti transgressor puniri nō potest, cu[m]  
potest constare de transgressione, vt probatum est. Vnde talis  
dum viuit potest abstinere ab ingressu ecclesiæ si vult, sed  
per alterum nō potest iustè arceri, & moriens non potest  
sultè priuari ecclesiastica sepulture. Et propter hoc posset  
rationabiliter videri aliqui q[uod] prædicta pœna illius statuti  
replicet foli præcepti de communione de cuius transgresſi-  
one constare potest, & non præceptum de confessione, nisi  
in casu in quo aliquis sponte fateretur se nō fuisse confessus  
omnia peccata sua: tunc enim posset prædicta pœna  
puniri, & aliter non. Si autē statuto huic esset annexa pœ-  
na excommunicationis, tunc non confitens omnia peccata  
sua semel in anno ipso facto effet excommunicatus, sed illa  
excommunicatione quandiu effet alius ignota ligaret solum  
cuius conscientiæ, & posset si vellet subtrahere se à comuni-  
tione aliorū fideliū. Sed alii nō tenerentur vitare ipsū,  
nisi sponte fateretur se excommunicatum. Ex prædictis er-  
go patet q[uod] circa sumptionem eucharistie potest ecclesia de-  
terminare tempus per statutum præceptorū cōminando  
& infingendo penam transgressoribus. De confessione au-  
tem facienda pro tempore quo regulariter fideles debet  
communicare, familiæ & salubre est exhortationem fieri,  
vt dictū fuit: potest nihilominus ecclesia autoritate Christi  
hoc facere præceptū vallatum sententia excommunicationis  
qui incurrit transgressores ipso facto. Sed vtrum  
que prædictorū ligat solam conscientiam transgressoris quo  
ad culpam, & quoad talen penam: & sic potest puniri talis  
transgressor per talen pœnam. Pœna autem illius fra-  
tut, omnis vtriusq[ue] Sexus, aut nō est adiecta pro transgresſione  
statuti de confessione, aut est adiecta infrauctiose, &  
inutiliter propter rationem prius dictam. Et sic patet  
primum.

8 Quantum autem ad secundum, videlicet vtrum cō-  
fiteens & nō penitens implet præceptum de cōfitione  
semel in anno, distinguidū est de nō penitente, vt pri-  
us: quia si vocetur nō penitens ille qui dolet de peccato,  
sed nō sufficiens (cum de sufficientia doloris de pecca-  
to nulli possit cōstare per certitudinem) sicut talis cōfi-  
tendo nō tenetur iterare cōfiteri, si liberatur à præ-  
cepto ecclesiæ de cōfitione semel in anno, nec tenetur illa  
confessionem iterate. Si autē vocetur nō penitens vel non  
contritus illi qui nō dolet de peccatis cōmis̄is, nec à simi-  
libus abstinere proponit, adhuc dependet solutio huius  
questionis à solutione præcedentis: quia si confessio facta  
a tali penitente nō valeret, nec prout tunc, nec recedente fa-  
ctione, si etiam nō liberat eum à præcepto ecclesiæ de cō-  
fitione semel in anno. Si autem valeret recedente fictione  
ratione pactionis qui habet locū in quibusdam sacramen-  
tis, tunc etiā valeret ad evitandum transgressionem præce-  
pti prædicti: vna autem prædictarū opinionū est securior  
alii, vt prius dictū fuit. Ratio autē vtriusq[ue] prædictorū est  
vna, quia ecclesiæ circa confessionem sacramentaliter nihil

### Quæſtio XV.

345  
precipit iure humano, sed solum autoritate sibi cōmisa  
per Christū circa vīsum & dispensationē sacramentorum,  
propter quod sicut confessio valer apud deum, sic etiā libe-  
rat à præcepto ecclesiæ quoad culpam & non aliter.

9 Ad primum dicendum q[uod] statutum de cōfitione se  
mel in anno sive sit solum exhortatorium, sive sit præ-  
ceptorū nō debet à fidilibus salutem suam querentibus  
reputari penale, sed salubre: quia si quid ibi est ponali-  
tatis totum est medicamentum fatalis, & ideo sic imple-  
num est q[uod] sit salutiferum, vel pro tunc vel recedente fictio-  
ne secundum diuersas opiniones prius tactas, quarū vna  
est securior.

10 Ad secundum dicendum quod ecclesiæ mandat re-  
cipi confessio[n]em impenitentis propter eius instruc-  
tionem, & nō ut absoluatur, nec per cōsequens, vt fumat eu-  
charistiam: nec imponenda est ei penitentia ad satisfa-  
ciendum: sed vt per penitentiam & alia bona opera citius  
ad Deum conseruat.

11 Arguuntur in oppoſitum bene procedit: quia ec-  
clesiæ nō precipit confessionem condendo legem de con-  
fitione, sed Christus illam legem cōdidit & ecclesiæ cui  
cōmisa est executio mandat prædictam legem certo tem-  
pore impleri.

### Quæſtio XV.

Vtrum confessio debet fieri integræ  
liter vni & eidem.

A D tertium sic proceditur, & arguitur quod confes-  
sio nō debet fieri integraliter vni & eidem: quia  
confessio sit propter absolutionē, sed cōtingit quandoq[ue]  
q[uod] ille cui peccator confiterit nō potest de omnibus pec-  
catis absoluere propter aliquem casum superiori reten-  
tum, ergo cōfiteris nō tenetur tali confessori oīa cōfiteri.

1 Item sicut confessio habet determinatū ministru[m],  
ita videtur habere determinatam materiam quæ est illud  
per quod peccata manifestantur, sed cōfiteris, vt videris,  
potest manifestare partem peccatorum per vnum signū,  
scilicet verbo, partem per aliud, scilicet scripto, ergo immi-  
lititer potest partem peccatorum manifestare vni ministro  
& partem alteri.

3 IN CONTRARIUM arguitur, quia confes-  
sio fit ad hoc, vt peccator veniam consequatur de pecca-  
tis a Deo, sed nō potest confiteri veniam de uno peccato  
sine alio, ergo confessio nō debet confiteri de uno pecca-  
to sine alio.

4 RESPONSI O. Circa questionem istam viden-  
da sunt duo. Primum est illud quod directe queritur, vi-  
delicet vtrum confessio debet fieri integraliter vni & ei-  
dem. Secundum est illud quod in primo argomento im-  
plicatur, videlicet vtrum absolutio de omnib[us] peccatis de-  
bet fieri ab vno & codem ministro.

5 Quantum ad primum sciendum est, q[uod] de conclusio-  
ne est omnium concors sententia, videlicet quid necessaria  
suum est oīa peccata cōfiteri vni & eidem: modus autem  
probandi nō est idem apud omnes. Vno enim modo pro-  
batur sic: sicut est in medicina corporali sic est in peniten-  
tia quæ est medicina spiritualis. Sed in medicina corpo-  
rali sic est q[uod] medicus non solum debet cognoscere vnum  
morbus, sed totam dispositionem corporis, pro eo quod  
vnum morbus grauitat ex alio, & quod prodest ad cura-  
tionem vni morbi aliquando nocet aliis, ergo in peniten-  
tia quæ est medicina spiritualis oportet q[uod] sacerdos quis  
est medicus spiritualis cognoscat non solum vnum pecca-  
tum, sed omnia: quia ex quolibet, aliud grauitatem reci-  
pit, & quia medicina quæ valeret ad vnum peccatum pos-  
set esse incentiu[m] alterius.

6 Sed ista ratio nō videtur necessario probare q[uod] ne-  
cessarium sit omnia peccata confiteri vni & eidem, sed q[uod]  
est valde congruum: quia secundum eam non est necesse  
omnia peccata confiteri vni & eidem nisi ratione grau-  
titatis quam vnum fortius ex alio, vel ratione medicinæ  
qua prodest contra vnum & nō contra aliud. Sed pro-  
pter primum non oportet hoc poneri: quia circumstan-  
tia aggrauantes non sunt de necessitate confessionis, sed  
soli illæ quæ addunt nouam speciem peccati: vt paret ex  
præcedentibus, sed vnum peccatum si recipiat grauitatem

**Magistri Durandi de**

ex alio sibi adiuncto, non tamen recipit nouam speciem, ergo ad confessionem vnius peccati non requiritur necessario & fieri mentio de alio. Nec propter secundum. s. propter medicinā, quia vel loquimur de medicina quae expellit morbum, vel de illa quae præseruat à recidivo: medicina quæ expellit morbum vnius peccati nunquam est contraria medicina alterius peccati: quia eadem medicina est expelens omne peccatum (s. gratia) & ita ratione talis medicina nō oportet nisi peccata confiteri simul, ne medicina quæ curat vnu peccatum, grauet vel augeat aliud, quia istud nunquam est, nec ratione medicina præseruat, quia non est de ratione veræ penitentiae & homo ab ea non possit excidere (vt patitur prius) non est ergo necessarium ad veram penitentiam quod exhibeantur omnimoda remedia contra recidivam.

7 Alius est modus efficacior probas candē conclusionē & est talis: confessio correspōdet cōtritioni, sicut signū figurato, quia & ea quæ sunt in voce sunt eorum quæ sunt in alia passionū note, & correspondet per simile: quia per cōtritionē one fit mentalis confessio corā Deo, sicut per confessionē vocalē fit manifestatio peccatorū corā dei ministri, sed cōtritio non potest esse de uno peccato sive alio, ergo nec confessio. Et sic patet quod confessio debet fieri integrē de omnibus peccatis vni & eidem. Quod est intelligendum de peccatis que memorie occurunt p̄cipia discussione conscientie que debet confessionem procedere.

8 Quantum ad secundum videlet utrum absolutio de omnibus peccatis debet fieri ab uno & eodem ministerio est multiplex modus dicendi. Primus est & confitens debet dicere omnia peccata sua sacerdoti, & ille ipsum nō absolutū debet remittere ad superiorē qui debet eum iterato audire de omnibus, & absoluere vel cōmittere inferiori, & eum absolutus de omnibus. Et sic tota confessio fit vni, & tota absolutio est ab uno. Sed contra istum modū est consuetudo Ecclesiæ. Ecclesia enim obseruat & inferiat audientis totam confessionē absolucionē de cibis quibus potest, superior autē ad quē emittitur audit solū casum pertinentem ad se, & de illo absoluīt. Item si ille modus obserueretur, includeret aliqua inconvenientia. Primum & ille qui est confessio omnia peccata sua inferiori, puta cito tenet iterum omnia peccata sua confiteri superiori, puta Episcopu vel eius Penitentiario quod est magnum inconveniens: quia quāvis ritē confessus possit si velit iterum confessari, quod tamē ad hoc obligetur nō videtur rationabile. Item frustra fit confessio illi a quo nō speratur absolutio, sed si confessio fiat integrē duobus successiue, & tantu vnu absoluit de omnibus, tunc fit confessio alicui eorum a quo non fit absolutio.

9 Tenendo autem modū quem obseruat ecclesia, ve dicunt est, sequuntur similiter aliqua de prædictis inconvenientibus. Primum est, quia confessio que fit inferiori integrē & de oībus nō habet absolutiōnē correspōdēt. Secundū est & confessio que fit superiori de solo cito ad eū pertinente nō est integrā, & iterum cito de illo peccato fuerit confessus inferiori dubiū est quare tenetur iterato alij cōfiteri: absolutio etiā quae fit ab inferiori ministerio & a superiori nō est vna, nec de eisdē peccatis, sed de diuersis, quae omnia videntur inconvenientia.

10 Secundo modo dicitur sic, & inferior audit totam confessionem & de omnibus absoluīt, remittit tamen eū ad superiorē, nō quidē ut absoluīt de peccato, sed vt absoluīt ab obligatione præcepti quo tenetur se representare superiori cui reseruantur cognitio talium peccatorum. Sed istud minus valet, tunc quia ecclesia nō potest præcipere & ritē confessus & absolutus iterato eadem cōfiteatur, tunc quia secundum istum modum sufficeret peccatori venire ad episcopum & dicere ei peccatum suum, & statim recedere nō expectata absolūtione, cum iam sit ab omnibus absoluīt, hoc enim faciendo implete præceptum. Istud autem est ridiculum, nec obseruat ab ecclesia, superior enim & confessionē audit, & sacramentaliter absoluīt, & penitentiam imponit.

11 Tertio modo dicitur sic, & non obstat & inferior absoluīt de cibis pertinentibus ad ipsum, & superior de cibis ad se pertinente, est tamē tantum vna absoluīt: quia quilibet eorum absoluīt, vt minister dei qui est vnu, licet

**Sancto Porciano**

ministri sunt plures. Sed istud in nullo soluit, immo potius confirmat, quia sicut minister non absoluīt nisi vice Dei, sic non fit ei confessio, nisi vt minister Dei. Si ergo absolutionis que fit à pluribus ministris est vna propter virtutē Dei cuius ministri sunt: eodem modo confessio facta pluribus presbyteris erit vna & sufficiens. Quod quidā concedunt, afferentes periculose cōtra communem doctrinā, & sicut homo nō tenetur confiteri integrē, nisi de quibus recolit, sic cum confessio fiat propter absolutionem, non tenetur confiteri integrē, nisi illi qui integrē potest eum absoluīt, unde sufficit (vt dicitur) quod peccator cōfiteatur in inferiori de illis de quibus potest per eum absoluīt, & de reliquis superiori, & per quilibet absoluīt de cibis ad eum pertinentibus. Absurdum est enim, vt dicunt, quod aliquis teneatur cōfiteri de aliquo peccato fæcere, qui non potest eum de illo peccato absoluīt. Et ideo si dum diabilius licet tam confessio quam absoluīt, quod videtur erroneum.

12 Quartu modo dicitur sic, & per peccatum homo deliquerit in Deum & in ecclesiam, & ideo indigeret reconciliatio ad utrumque: quantum igitur ad reconciliationem que fit de Deum confessio est facienda vni integratior & ille de omnibus absoluīt eū, & Deo reconciliatur. Sed quantum ad reconciliationem que fit ecclesiæ plures possunt eum diuīsum reconciliare, vnu de vno, & alias de alio prout placet ecclesiæ ordinare. Itūd autem posset sustineiri si apparet qualiter per peccatum occultum aliter delinquatur in deum, & aliter in ecclesiæ: quia tunc probabile est quod aliter reconciliaret peccator deo, & aliter ecclesiæ. Sed non apparet qualiter peccatum occultum aliter sit contra deum & aliter contra ecclesiæ, licet de peccato notorio posset hoc dici ratione scandali, quod etiam fortè non est verum, quia etiam ratione scandali est contra deum: eadem est ergo reconciliatio qua quis recōciliatur deo & ecclesiæ, quia per sacramentalem absolutionem circa quam ecclesia nō habet aliquid immutare cuiusque talis reconciliatio fiat.

13 Et sic patet quod dubia sunt circa articulū istūm proper consuetudinem quam obseruant multæ ecclieæ credentes imitari ecclesiā Rō, quae est omnium dominica & in agnitu, sed certè nō bene imitantur eam quod hoc, quia sola peccata & eorum confessio & absolutione pertinent ad forum penitentiae: sententia autem excommunicationis & absolutionis ab eis, irregularitates, & dispensatio super eis, communicatio votorum, & dispensatio in eis pertinent ad forum exterius: ecclesia autem Rō nunquam retinuit sibi absolutionem ab aliqua culpā directe, sed solum retinuit sibi absolutionem à quibusdam excommunicatis, & dispensationem super quibusdam irregularitatibus, & in votis quibus obtinetis prælati possunt de omnibus peccatis absoluīt, nec oportet absolutionem vel confessionem dimidiare vel iterare, quin tota sit ab uno & per vnum. Et si per hunc modum facerent prælati in suis diœcesibus, & quod retinuerent sententias excommunicationis quas possent annētere quibusdam criminibus, in hoc imitarerent ecclesiā Rō, sed quia illi non sibi retinuerent solum sententias, sed absolutionem aliquorum peccatorum, quibus non est annexa sententia excommunicationis: idcirco ex hoc proueniunt omnia dubia super tacta de iteratione & dimidiatione confessionis & absolutionis: & quicquid sit de solutione & terminatione prædictorum dubiorum de quibus non videtur posse haberi plena certitudo, nisi magna & solēni discussione ac determinatione sedis apostolice, tamen nullum ex hoc subditis imminet periculum qui obediēt faciunt quicquid superiores fr̄gunt.

14 Et hoc sufficiat pro solutione primi argumenti.

15 Ad secundum arg. dicendum est, quod non est simile de plurificatione signorum per quae fit confessio, & de plurificatione ministrorum quibus fit absolutione: quia sicut per contritionem cordis fit Deo necessarium integrā

con-

confessio, sic confessio oris debet fieri integrè dei ministerio sed signi per quod confitens manifestat peccata sua confessio nō est tantum vna, quia non est possibile: quidam enim sunt muti, & ideo nō possunt per verba peccata sua confessi, propter quod cum Deus nihil impossibile requirat, relat p tales possunt confessi per scriptum, signa vel nutus, materia enim confessionis nō est vna secundū specie (vt aqua in baptismō) sed est vna vnitate analogie quae est inter signa, sic tamen q̄ semper principalius aliumur de possibilibus. Cuius ratio est, quia in quibusdam Sacramētis, puta in baptismō, confirmatione, & ordine nihil requirit ex parte recipientis, nisi p̄ nos ponat impedimentum. Et ideo quicquid extrinsecus apponitur totū est determinat in specie vna ex ordinatione diuinā, sed in potestia requiritur per actus penitentis s. q̄ manifestet peccata sua sacerdoti, & quia Deus non requirit à nobis nisi quod possumus, ideo sufficit q̄ peccator manifestet peccata sua sacerdoti per præcipuum signum quod est sibi possibile, quanvis non sit semper eiusdem rationis.

## Sententia huius distinctionis. XVIII.

in Generali &amp; Speciali.

**H**IC querit solet. Superioris Magister determinauit de Penitentia quantum ad eius effectū: hic determinat de potestate ministrorum quibus huius sacramēti dispensatio est commissa. Et diuiditur in duas. Primo determinat de ipsa potestate qua claves Ecclesie dicuntur. Secundo de recipientibus & modo recipiendi hanc potestatem. Secunda ibi. distin. postquam offendens est. Prima est principaliter lectionis, & diuiditur in tres partes. Primo mouet questionem principaliter intentram, scilicet de potestate ministrorum. Secundo determinat eam. Tertio mouet quandā questionem incidentem. Secunda ibi, claves illae non sunt corporales. Tertia ibi, hic queritur quae sit illa macula. Secunda istarum diuiditur in tres. Primo ostendit qualis sit illa potestas. Secundo quis sit eius visus. Tertio quis sit eius effectus. Secunda ibi, vñs vero clavium. Tertia ibi, led queritur vñrum a peccato. Hæc tercia diuiditur in quatuor. Primo mouet questionē de effectu clavij ad quid scilicet se extēdat. & tangit circa hoc duas opiniones, quarū ultimā consentit que ponit q̄ solus Deus dimittit culpā & pœnā. Secundo ostendit q̄ sacerdos aliquo modo dimittat. Tertio ostendit quis sit modus. Quartæ circa hanc questionē mouet ex dictis incidentem. Secunda ibi, nec ideo tamē negamus. Tertia ibi, sanē dicere & sentire. Quarta ibi, secundum hos ligandi. Tertia illarū in quo ponit modū quo sacerdotes dicunt ligare & soluere, diuiditur in tres partes. Primo ostendit quomodo se habeat in ligādo & soluendo quantum ad culpam. Secundo quomodo se habeant quantum ad pœnam in foro cōscientiæ iniungendam. Tertio quantum ad pœnam excommunicationis que infliguntur in foro cōscientiæ. Secunda ibi, Ligat quoq. Tertia ibi, est & alias modus ligandi.

**I**N Speciali primo sic procedit. Et querit primo cī sola cōstitutione cum proposito cōsistēt dimittatur peccatum quantum ad maculam & reatum pœnæ externe, quid dimittit sacerdos in sua absolutione & quid virtus clavij operatur? Postea determinat Magister questionē. Et dicit q̄ illæ claves nō sunt corporaliter sed spiritualiter intelligēndæ, & nihil aliud fuit q̄ scientia discernendi, & potestas iudicandi & ligandi & soluendi, quia iudex ecclesiasticus dignos recipere & indignos excludere debet a regno dei, & ecclesia à seip̄e sacramētorum perceptione, vbi subdit erit q̄ ius ligandi & absoluendi sacerdotibus ecclesiæ cōpert & nō hereticis. Postea dicit q̄ vñs clavis in duobus cōsistit, s. in discernendo ligandos & soluendos, & in soluendo soluendos, & ligando ligandos. Postea querit quid operatur sacerdos in absolūdo à peccato, vñrum scilicet culpam vel pœnam tollere posse. Tangit autem circa hoc duas opiniones: quibusdam enim videtur q̄ Deus animam suscitare à morte culpa, sacerdos vero dimittit reatum pœnam, vnde & Dominus Lazarum prius suscitavit & viuificavit, & postea Apostolis soluendum dimisit: alii vero videtur, q̄ sicut solus Deus animam viuificat tollendo culpam interiorum, sic reatum pœnæ externe relaxat, & tamen sacerdotibus tradita est potestas re-

mittendi peccata & retinendi. sicut enim solus Deus potest statim baptizandi sibi retinuit ita etiam penitentia, & hanc opinionē Mag. tanq̄ rationabilem approbat. simul enim culpa cū pœna reunitur: quia nemo vero conteritur nisi homo qui est in charitate, qui autem charitatem habet dignus est vita æterna & nō morte, & ideo Deus qui dimittit culpā etiam dimittit pœnam, quod auto ritatibus confirmat. Postea dicit q̄ nō obstante q̄ solus deus peccata dimittit, verum est tamen q̄ sacerdotes habent potestatem dimittendi & retinendi peccata, & sic aliquid operantur per hanc potestatem: quia peccata dimittunt & retinent, quod pluribus autoritatibus probat. Postea dat vnum modū quo sacerdotes dicuntur ligare & soluere cens, q̄ Deus per se dimittit culpam mundando animam à macula culpe, & soluendo debitum pœnam æternę debite. Sacerdotes vero dimittunt & soluant dimissionem factam vel nō factam manifestando & ostendendo, vnde & Dñs prius per se leprosum sanitati restituit, deinde ad sacerdotes misit, quorum iudicio ostenderetur mādatus, quia si aliquis apud Deum sit absolutus, nō tamen in facie ecclesiæ absolutus habetur nisi per iudicium sacerdotis: vnde sicut sacerdotes legales lepram non mundabant, sed inter mundos & immundos discernebāt, ita sacerdotes euāgeliū peccata nō dimittunt, sed virum à Deo sicut dimissi iudicant & ostendunt. Postea ponit alium modū quo sacerdotes dicuntur ligare & soluere: dicuntur enim ligare in quantum pœnam satisfactionem penitentibus imponunt, soluere vero in quantum de pœna debitis ait quid relaxant, & purgatos ad sacramentū cōmunionem admittunt, & sic ecclesiæ reconciliant, & quod in primo exercit, opus est iustitia, in secundo vero opus misericordia: in eo autem q̄ ligat ad satisfactionem ponit peccatum solutum esse ostendit: quia nulli satisfactio nō imponitur nisi ei quem verē penitente in sacerdos arbitratur, q̄ autem pœna imponere ad claves pertinet offendit per Aug. qui dicit q̄ pœna sine arbitrio sacerdotis facta frustratur. Et cōtempitibiles facit ecclesiæ claves, & q̄ fine confessione vocali, & nisi supposita confessione mentali indulgentia haberit non potest. Postea ponit tertium modū quo sacerdotes dicuntur soluere & ligare, s. per excommunicationē: tunc enim quis hoc modo ligatur, dum vocatus ad emendationē manifesti criminis & satisfactionē vilpendet per sententia ecclesiæ à loco orationis, & à sacramētorum cōmunione, & fidelium confortio separatur, ut erubescat pudore sceleris quoq; conuersus soluitur: hæc autem excommunicationē nocet illis qui dignē excommunicantur, quia protectio dei eis subtrahit, diabolus erit habet in eos maius est potestatē sauvēndi, orationes quoq; ecclesiæ & suffragia eis subtrahuntur. Tunc querit quomodo verum sit quod Dominus dixit: quecumq; ligauerit super terram erunt ligata & in celis, &c. Cū sacerdotes quandoq; ligent dignos absolūtū, & quandoq; soluunt dignos ligari? Et respōdet quod illud est intelligentium quādā sacerdotes adhuc clavem discretionis, ita quod merita vel demerita hominis requirant q̄ soluantur, vel ligentur. Ultimā querit quae sit illa macula, & ille tenebris interiores à quibus Deus animam purgat. Et respōdet de tenebris q̄ sicut gratia animam illuminat, sic peccatum animam obtenebrat. Et ille tenebris purgantur, quando lumen gratiae restituitur. De macula vero dicit quod non est mala voluntas que transit, nec mala voluntas per quam aliquis penitente contemnit, quia illa est speciale peccatum: sed sicut qui tangit immundum pollutus est post acutum quoq; laevatur, sic anima non solūm polluit quando peccat, sed remanet polluta & maculata quoq; mundetur per penitentiam. Et hæc macula est dissimilitudo & elongatio à Deo. Et in hoc terminatur sententia.

## QVÆSTIO PRIMA.

Vñrum claves sint in ecclesia.

Thom. in additionibus q. 17. ar. 2. Conradus q. 2.

libri primi de contritib⁹.

**C**IRCA A distinctionem istam primo queritur de duobus. Primum est de clavibus. Secundum est de excommunicatione. Circa primum primo queritur de clavibus vñrum sunt in Ecclesia.

XX 2 Secun